


OBSERVATIONES CRITICAE

IN

ARISTOPHANIS COMICI FABULAS.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

ARISTOPHANIS COMICI FABULAS.

SCRIPSIT

JOANNES LENTING,

LIT. DOCTOR.



PRODIIT LIBER ZUTPHANIAE TYPIS EXPRESSUS
WILHELMI JOANNIS THIEME.

1839.

PRAEFATIO.

Non multis te moraturus sum, Lector! Post clarissimorum virorum laborem, Kusteri, Hemsterhusii, Bentleji, Brunckii, Porsoni, Elmsleji, Reisigii, Hermanni, aliorumque, immodestus videatur, qui emendandis Aristophanis fabulis manum admoverit. Et fore credo, qui in hac re non amplius satagendum fuisse reatur; non messem solum in hoc agro, sed et spicilegium saepius factum esse; operam, quae et jam in scrutando locetur, supervacaneam esse, nec verosimile, aliquid esse, quod illorum virorum vel ingenii aciem fugerit, vel non suppeditarit doctrina atque apparatus. Ceterum et in hac arte interdum oculi vel hebetiores vel minus exercitati cernunt, quod sagasissimos in hac militia veteranos latuit; nec ulla est veteris scriptoris accuratissime instructissimeque facta editio, quin quaedam ei inhaeserint, quae vel sine dubio corrupta docti editoris, quod ipse confessus fuerit, vires superarint, vel quorum vitium et alios et ipsum latuerit. Aristophanis quidem fabulae, quidquid in iis emendandis tot ac tanta

virorum ingenia operae collocarunt, multa et jam habent, quae vel sermonis ac metri numerorumque ratio vitiosa arguat, vel quae contra morem aut decorum personae data sunt, cui data esse non oportuit. Bene de Aristophane meritus est Lud. Kusterus, qui et fabularum emendationi studium suum dicarit, et quae in vetustis codicibus manuscriptis copia latebat, in lucem eduxerit. Post Kusterum (ne memorem, quae in Plutum Hemsterhusius per singularem editionem, Bentlejus in plerasque fabulas ex ingenio ac MS. libro bona contulit) ex Augustano ac Parisinis vetustis codicibus largum apparatum petivit, per quem praeclaram in hac re operam facere potuit ac fecit, illustris vir R. F. P. Brunckius. Profecto magna debetur Brunckii memoriae laus, cui cum ab hac arte plane alienam sortem ratio vel fors dedisset, tamen et diligentem indefessamque operam huic studio impenderit, nec sumtui pepercerit, quo veros illos certosque critices fontes adiret ex iisque hauriret, per quae et literarum studio insigniter prodesset, et ipse aeternam gloriam sequeretur. Cujus quidem opera quanta studia excitavit, quam pulchros quamque maturos produxit aliunde fructus! In qua quidem re maxime insignis fuit a Porsono, Elmslejo, Hermanno, Reisigio praestita opera. Quidni igitur et post hos viros sit, qui vel aliquod vitium cernat, quod adhuc latuerit, vel palam corrupto loco medicinam faciat, quae prioribus non bene cesserit? Hic meus labor numquid boni fructus tulerit, tuum sit, Lector, judicium; laudem, an non meruerim, arbitrium. Me amor, quo in

has literas feror, laboris conscientia, quem in artem impendi, mentis ardor ad declarandum studium, impulere, ut quod industria fecisset opus, id scriptum ederem.

Nam cum post perlectum Brunckii librum aliquot conjecturas de vera lectione fecissem, quas postea vidi, jam ab aliis factas depromtasque, merita laude latas fuisse, argumentum inde duxi, eas quoque, quas ab alio factas non reperiebam, dignas censeri posse, quae cognoscerentur. Quarum quidem ut multas esse reor, de quibus non statim adsentiaris, quasdam adeo, quas falsas habeas, ita aliquas esse spero confidoque, quae vel bene perpensae continuo verae videantur, vel bis terve repetitae probentur. In quo si non frustrata erit spes, praeclarum videbor laboris pretium tulisse, qui impensam in veteres literas operam idoneo judici probaverim.

Ipsas conjecturas fere breviter ac nude posui non petitis aliunde congestisque ambitiose, quae adsensum captarent, locis. Ubi, quae sententiam probarent firmarentve, adducenda fuere, ab ipso Comico ea petivi, quae certe optima statera est, ad quam operam exigas, integerrimus, quem judex audias, testis. Quaecumque in corrupto loco facta erit de vera lectione conjectura, si magnifico apparatu, quo sese insinuet, indigeat, nae illa sapienti haud diu fucum faciet, quin mox excussa vana videatur. Vero nomine dictae emendationis ipsa elucet bonitas, ut fere sincera illa muliebris venustas, quo commendetur, nec colorata veste eget, neque ornamentis.

Sed in faciendo hoc opere nihil quidquam praecipuum

habui nec manu scriptorum nec antiquitus impressorum librorum. Satis habere debui copia uti, quam publici juris praeclari viri fecere, Bentlejus, Kusterus, Brunckius; quibus et ea accesserunt, quae per Bekkerum innotuere. Tres Comici fabularum editiones, unde industria hauriret, fontes habui, Kusteri, Brunckii, Bekkeri. Si forte, quod non credam, de his conjecturis una alterave jam a docto viro post editum Bekkeri librum, quod ego non cognorim, facta in publicumque proposita fuit, non mea ea culpa erit, uni adtribuenda librorum inopiae. Quascumque conjecturas subinde jam ab aliis factas cognovi, praeter paucas (*), premere malui, quam alienae laudis partem captasse videri. Quae praeterea in hoc opusculo legis, ea, quantum quidem sciam, a nemine adhuc ex ingenio depromta fuere. Quorum si quaedam improbes, quid est, quin de his popularis cum populari, literatus cum literato epistolarum commercium instituas, potius quam per menstruos hos libellos causam communices cum hominibus non idoneis. Vale.

(*) Sunt hae ad Lys. 136, Thesm. 761, 874, 898, Ran. 116, Plut. 578, Conc. 766, Nub. 1048, Av. 192, 1078, Equ. 282, Ach. 489, Pac. 215.

OBSERVATIONES IN LYSISTRATAM.

Vs. 20. Quae adhuc editos libros occupavere lectiones:

ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν γε τῶνδε προὐργιαίτερα
αὐταῖς·

et:

ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν τῶνδε πρ.

earum alteram et linguae et numerorum, alteram metri improbat ratio. Sola vera videtur scholiastae memorata, in optimo libro MS. supra vulgatam posita lectio:

ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προὐργιαίτερα
αὐταῖς;

Saepe pronomina sic habentur τόδε, τάδε, τοῦτο, ταῦτα, veluti Lys. 1162 sq. Plut. 979 sq. Nub. 773. ἐκεῖνο Ran. 7. Omissum adeo pronomen Conc. 642. Sic et Plato saepe locutus ὁ μελίγλωττος, ut in Sophista p. 103, 9, — ὥστε οὐκέτι ἐκφεύξεται τόδε γε. — τὸ ποῖον; — τὸ μὴ etc. p. 111, 44, τόδε δὲ διανοηθῶμεν, εἰ καὶ σοὶ συνδοκεῖ. — τί τὸ ποῖον; — — ἴθι νῦν τόδε μοι λέγε. — τὸ ποῖον; Ac saepe in ceteris dialogis. Excidit, credo, e Polit. l. V. p. 418, 40, κάλλιστα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις· ἀλλ' ἔτι καὶ τόδε εἰπέ. — τὸ ποῖον; — πότερον etc.

Vs. 25. Haud ineleganter haec sic legerentur:

Lys. οὐχ οὗτος ὁ τρόπος. Cal. ταχὺ γὰρ ἂν ξυνήλθομεν.
Lys. ἀλλ' ἔστιν etc.

Facti ducem decet a talibus dicteriis abstinentem id unum agere, ut, quod velit, consequatur. Sic fere et vs. 12 Calonice respondet, cujus et ibi omissa persona in codice MS. — Locutionem: *οὐχ οὗτος ὁ τρόπος·* ab Aristophane, credo, sic sumsit Dio Chrysost. Or. VIII. p. 134 C. *οὐχ οὗτος ὁ τρόπος τῆς μάχης.* — Longe alio sensu Plato dixit: *οὐχ οὗτος ὁ τρόπος Θεοδώρου: οὐχ οὗτος ὁ τρόπος τοῦ ξένου*, Theaet. p. 70, 18, Sophista pr. p. 95 ult. — Vulgarem sermonem Socratis verba referunt in Nub. 631,

οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ σ', ἀλλὰ —

Sophus ibi quum de carminum metris quaesisset, stupidior senex frumenti modos intellexit. Et in Equ. 1372, quum alter verbum dixisset *ἀγοράζειν*, *concionandi* sensu, alter intellexisset *obsonari*, ille, quid dixerit, sic docet:

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω.

Locutionem Latine referunt haec Plauti: *atqui ego istuc* (verbum *dividere*) *alio vorsum dixeram*, *non istuc*, *quod tu insimulas*, Aulul. II. 4. 8 Nec ita discrepant Terentii haec: *aliud mihi respondes*, *ac rogo*, Phorm. IV. 4. 3.

Vs. 42. *'Εργασαίατο.* Nec ita probanda in Comici sermone ionica verbi forma, nec bene sic oratio procedit: *τί φρόνιμον ἢ λαμπρὸν ἐργάσαιντο ἂν αἱ γυναῖκες, αἳ καθήμεθα·* cum vel sic oportuerit: *τί — — ἐργάσαιντο ἂν, αἳ κάθηνται·* vel sic: *τί — — ἐργασαίμεθα ἂν, αἳ καθήμεθα.* Videtur librarius *γυναῖκες* scribens, ad sequentia animum non adtendens, *γυναῖκες* tertiam personam intellexisse (cum prima esset, *ἡμεῖς αἱ γυναῖκες*) adeoque scripsisse *ἐργάσαιντο·* idque postmodum alius, cum carmen corrumperet, ad metri rationem reformasse scripto *ἐργασαίατο.* Compar error Pacis vitiavit vs. 215.

Vs. 64. Vera procul dubio a Bentlejo e Suida petita lectio τὸ Ἑκατεῖον. Ceterum e nominis scriptura, θακατεῖον, orta videtur librorum sensu cassa lectio τἀκάτιον.

Vs. 74. Ὀλίγου οὕνεκα est simpliciter *parum*, uti πολλῶν οὕνεκα, *multum* (pereas) in Nub. 6.

Vs. 90 sq. Luditur in nomine χάϊος, quod Laconice *bonus*, Attico sermone non usitatum, mulier deductum sese censere simulat a verbo χαίνειν. Lacaena quum dixisset: *bona est* (χαΐα μέν ἐστι) (bonis prognata), *ceterum Corinthia;* dictione χαΐα aliorsum conversa, cum praesertim audiret Corinthiam esse (ubi corpus vulgare adeoque latius τὸ ὁτιοῦν habere mulieres solerent), Lysistrata Corinthiae tunica sublata capaciora mulieris pudenda monstrans (nam id habuisse histrio censendus); *ain* χαΐα; inquit, *aedepol manifestum est hinc* (τἀντευθενί) *eam hoc* (ταυταγί) *esse* (eam χαΐαν esse, deductum nomen a verbo χαίνειν). Nam nomen χαΐα interrogative legendum:

χαΐα; νὴ τὸν Δία,
δήλη ᾽στιν οὖσα τ. τ.

Ut hic Attice est τἀντευθενί, sic vulgare ἐντεῦθεν est vs. 802; et ut ταυταγί, sic fere τουτογί est vs. 1102. Sententiam de loco magis etiam firmabit vs. 1087,

ὡς ἄνδρες ἡμεῖς οὑτοιῒ τοιουτοιῒ

si praesertim haec conferas cum vs. 848, ἀνὴρ δῆτα.

Vs. 95. Verba: νὴ Δί᾽, ὦ φίλη γύναι· Lysistratae ut sunt, hoc ea dicit: *faciam, per Jovem, quod vis;* eloquar, quae scire te cupis. Verum ubinam sic est νὴ Δία; Tum de tribus mulieribus solam Calonicen secreti impatientiam non prodere, haud decorum. Huic igitur verba dederim: *dic, quaeso, carissima:*

La. μύσιδδέ τοι
ὅ τι λῇς π. ά. Ca. νὴ Δὴ, ὦ φι. γυ.
My. λέγε δῆτα etc.

Tum a cunctis fatigata Lysistrata consilium suum cum iis communicat:

λέγοιμ' ἂν ἤδη.

Lectionem magis probabunt Equit. vs. 722 sqq.

ὦ Δῆμε, δεῦρ' ἔξελθε. — νὴ Δι', ὦ πάτερ,
ἔξελθε δῆτα. — ὦ Δημίδιον, ὦ φίλτατον,
ἔξελθε.

Vs. 102. Conjeci:

ὁ γοῦν ἐμὸς ἤδη πέντε μ.

Et modo fuit nomen ἀνήρ· et erit sic in Calonices verbis, quod respondeat nomini τελέους in alterius mulieris querela.

Vs. 110. Ὅς ἦν ἄν. Vertunt: *qui esset.* Potest mulier et hoc dictum voluisse: *qui solebat esse.*

Vs. 113. Ἐγὼ δέ γε. Sic quidem Myrrhina, quae prima respondet, loqui non potuit. Bene ad hujus verba Calonice, ἐγὼ δέ γε etc. Vid. huj. fab. 373 sq. 758 sqq. Ran. 572 sqq. Neque haec, ut edita sunt, in codicibus esse reor manuscriptis. Certe conjunctio δέ non comparet in Suidae ἔγκυκλον, ubi haec sic citata leguntur: ἔγωγ' ἂν εἰ etc. Dum certior medicina veniat, versum sic lego:

ἔγωγέ τοι κἂν εἴ με —

vel:

ἔγωγέ τἂν εἰ καί με —

Vs. 115. Ἐγὼ δέ γ' ἂν κἂν ὡσ. — δοῦναι ἄν. Habetur semel atque iterum triplex ἄν· sed non uti hic, ἂν

κἂν. Nec est in Suidae ψῆττα, qui legit: ἐγὼ δὲ κἂν ὥς. (uti carmini syllaba deest) nec in libris MSS. esse puto. Hoc quoque carmen e melioribus codicibus sanandum erit.

Vs. 119. MSS. edd. οὐ δεῖ γάρ· ubi non scriptum mireris, οὐ γὰρ δεῖ. Numnam γάρ a correctore ortum, scripto a Comico: οὐδὲν δεῖ· quod pro οὐ δεῖ dictum, abundante, ut saepe, δεν, dein sic scriptum (οὐ δεῖ), postremo corrector supplerit (οὐ δεῖ γάρ). Potest et librarius, cum a vocula δεν oculi ad δεῖ traducti essent, (quod eo facilius fieri potuit, quod οὐδέν dictum esset pro οὐ) animadverso errore, quae carmini sic deerat, syllabam reddidisse scripto, οὐ δεῖ γάρ. Huic quidem opinioni aliquod momentum addit vocula γάρ in libris post δεῖ, ubi metrum non postulat, insolenter posita. Eleganter μηδέν pro μή Comicus dixit in Lys. 1172, μηδὲν διαφέρου· Plut. 572, μηδὲν ταύτῃ γε κομήσῃς. Euripidis est Medeae vs. 284,

δέδοικά σ'· οὐδὲν δεῖ παραμπέχειν λόγους.

Plura dedi ad Andr. 87.

Vs. 136. Κἀγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός. Haec verba Myrrhinae, non Lampitus partium fuisse, et atticus sermo docet, et decori ratio, et vs. 140 sqq. Idem jam vidit Bentlejus, cui tamen adhuc non obeditum.

Vs. 174. Observanda in ejusdem mulieris sermone in uno carmine synaloepha τἀργύριον et τὤβυσσον.

Vs. 185. Non revera jussam ancillam Lysistrata voluit clypeum ac τόμια efferre. Clypeum dicit faceta mulier, qui mox efferetur, calicem, τόμια, qui simul aderit, vini urceum. Per ambages eo hic loquitur, quo locus detur lusui de Aeschylo atque albo equo.

Vs. 187. Τίνα ὅρκον etc. Non magis rogat: *quonam sacramento* etc., quam improbat illud, quod, per ambages jactatum, proprie dictum putat: *quaeso, num tu tale sacramentum* etc.

Vs. 193. Quae leguntur:

My. ἀλλὰ πῶς ὀμούμεθα
ἡμεῖς; Ly. ἐγώ σοι etc.

legi et sic possint:

My. ἀλλὰ πῶς ὀμούμεθα;
Ly. ἡμεῖς; ἐγώ σοι —

Vs. 207. 'Εᾶτε etc. Vehementer dedecent haec Lysistratae personam. Calonices partium et haec, ni fallor, fuere. Mulierum sic litem diremerit Lysistrata:

λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος.

Sententiam confirmat et vs. 238, ubi primam bibentem ducem nihil quidquam interturbat eadem Myrrhina, tantum suppliciter partem potionis orans.

Vs. 221. Scholiastes ubi explicat: ἐπικαυθῇ ἐπ' ἐμοί· vel legisse videtur: ἐπ. μάλιστά μοι· vel genitivum μοῦ sic intellexisse. Ac certe et uxor, ὁ ἀνήρ dicens, *suum maritum* dicit, et pronomen μου si ad ἀνήρ trahatur, interpositis duobus vocabulis, nimis languet: nec id operam daturas sese mulieres profitentur, ut suus vir libidine incendatur, sed uti veneris inopia sui cupidine ardescat.

Vs. 223. Conjicias comicum scripsisse:

κοὐδέποθ' ἑκοῦσά γ' ἀνδρὶ τῷ 'μῷ πείσομαι.

Nam nec ita probatur locutio ὁ ἀνὴρ ὁ ἐμός· et particulae magna hic vis est: *certe non voluntaria; sin invitam cogat per vim* etc.

Vs. 307. Οὐκοῦν ἄν, εἰ etc. Saepe sic qui aliquid

faciendum censent, eleganter utuntur rogantes conjunctione εἰ· οὐκοῦν ἂν εἰ τῷ μὲν ξύλῳ θείμεσθα — τῆς ἀμπέλου δὲ τὸν φανὸν ἅψαντες, εἶτα ἐμπέσοιμεν; Veram probavi in Herodoti l. VII. c. 5 quinque MSS. lectionem: ἀλλ' εἰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρήσσοις, τάπερ ἐν χερσὶ ἔχεις. Prava certe lectio hic esset: ἦν θώμεσθα.

Vs. 332. Ἀραμένη intelligunt, Scholiasten secuti, ἐπάρασα τὴν ὑδρίαν. Verbum potius accipias medio sensu: *quum me (raptim) subduxissem*: ut fere verbum est vs. 539.

Vs. 373 sq. Quod legitur:

— ἐγὼ μὲν ἵνα νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψω.
— ἐγὼ δέ γ' ἵνα τὴν σὴν πυρὰν τούτῳ κατασβέσαιμι.

quidquid silent interpretes et editores, soloeca oratio est: ἐγὼ μὲν ἵνα ὑφάψω, ἐγὼ δὲ ἵνα κατασβέσαιμι. Legendum credo:

ἐγὼ δέ γ' ἵνα τὴν σὴν πυρὰν τούτῳ κατασβέσωμεν.

Cujusmodi numeri enallage et in hujus fabulae est vs. 714,

μή νυν με κρύψῃς, ὅ τι πεπόνθαμεν κακόν·

et in Pluti vs. 271 sq.

μῶν ἀξιοῖς φενακίσας ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι
ἀζήμιος, καὶ ταῦτ' ἐμοῦ βακτηρίαν ἔχοντος·

et vs. 330 sq.

δεινὸν γὰρ, εἰ τριωβόλου μὲν οὕνεκα
ὠστιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇκκλησίᾳ·
αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον παρείην τῳ λαβεῖν.

In quibus quidem locis, uti hic, Chorus loquitur, qui de se tam singulari, quam plurali numero loqui solet. Ad Euripidis Iphig. Taur. 348, ἠγριώμεθα — δοκοῦσα, plura citavi e tragici fabulis loca. In Comici Conc. 513,

ἐγὼ βούλομαι — καταθέσθαι θοιμάτιον αὐτοῦ,
ὅθεν περ ἔλαβον, τἄλλα θ' ἁ'ξηνεγκάμην·

non veram dico, sed nec vitiosam edd. ac MS. lectionem, ἁ'ξηνέγκαμεν. Potest magister, schema improbans, metri securus, pro κατασβέσωμεν, scripsisse κατασβέσω, idque metri peritus, ceterum sermonis incuriosus, correctum isse κατασβέσαιμι.

Vs. 421. In libris legitur:

ὅτε γ' ὢν ἐγὼ Πρόβουλος,

At nusquam, credo, in tali querela vocula ὅτε sic est cum particula γε, quin intercedat vocabulum, ut in Nub. 1198,

ὅτε τῶν ἐμαυτοῦ γ' οὕνεκα —

et in Pac. 1217,

ὅτ' ἀντέδωκά γ' ἀντὶ τῶνδε —

Quae fere sola sic posita, ut in Euripidis Andr. 636,

τί δῆτ' ἂν εἴποις — —
ὅτ' ὢν σὺ Πηλεύς.

Sed neque carminis numeri suaviter fluunt interjecta sic particula. Equidem non dubito Comicum scripsisse:

ὅτ' ὢν ἐγὼ Πρόβουλος·

vel:

ὅτ' ὤν γ' ἐγὼ Πρ.

Vs. 507. Corruptum in libris carmen sic legi posse credidi:

ἡμεῖς τ. μ. πρ. π. καὶ χρόνον ἠνειχόμεθ' οὕτως.

ut καὶ χρόνον sit *vel diu*, et adverbium οὕτως verbo ἀνέχεσθαι additum sit, ut in Equ. 818. verbo παύειν.

Vs. 516. Vera MSS. lectio:

κἂν ᾤμωξάς γ', εἰ μὴ 'σίγας·

si non tacuisses. Plus semel in Aristophanis fabulis imperfectum est pro plusquamperfecto verbi tempore, ut mox fuit: ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγώ ποτ' ἐσίγων. Sic est ἔφερεν, *adtulerat*, Thesm. 512.

Vs. 562. Ἐμβαλλόμενον accipiunt ἐμβάλλοντα. Immo verbum est passivum sincera constructione: *cui equo insidenti* λέκιθος *pileo injiciebatur, quam de vetula emerat.* Talis est constructio in Ach. 164,

ὑπὸ τῶν Ὀδομάντων τὰ σκόροδα πορθούμενος.

Nub. 242,

ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι.

Sic et in Vesp. 617, ἐγχέομαι est *vinum mihi infunditur;* et quibus sugillatis admotae fuere cucurbitulae, κυάθους sunt προσκείμενοι Pac. 534. Praeivit jam Homerus Iliad. K. 155, ubi Diomedes

ὑπέστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο.

Vs. 565. Corrupta MSS. edd. lectio:

πῶς οὖν ὑμεῖς δύνασθε π.

sic quoque sanari possit:

πῶς οὖν ὑμεῖς οἷαι π.

Vs. 574. Legitur:

Pr. πῶς δή; φέρ' ἴδω. Ly. πρῶτον —

Vide an verba: φέρ' ἴδω· meditantis Lysistratae fuerint, uti sunt in Nub. 777, Thesm. 630.

Vs. 575. Vera videtur fere omnium librorum MSS. lectio ἐπὶ κλίνης· quae male scripta in veteri libro edito ἐπικλινής, lectionem peperit ἐπικλίνεις, deinde ἐπικλινεῖς. Illam alteram ἐπὶ κλίνης veram probat huj. fab. vs. 732.

Vs. 597. In MSS. edd. lectione:

οὐδεὶς ἐθέλει γῆμαι ταύτην·

vehementer offendit pronomen ταύτην· cui locus foret, si praecederet: καὶ ἥτις ἂν τοῦδε μὴ 'πιλάβηται. Nunc vero lingua pronomen adesse vult αὐτήν vel ἐκείνην. Scriptum dedisse Comicum credidi:

οὐδεὶς ἐθέλει γῆμαι ἔτ' αὐτήν.

Scio in Aristophanis fabulis, ut nunc habentur, non legi sic ἔτι. Sed Equitum vs. 665,

ὁ δ' ἠντιβόλει γ' αὐτοὺς ὀλίγον μεῖναι χρόνον·

ubi nulla vi particula γε adest (cujus tamen post δέ magna solet vis esse), Comicus sic potest dedisse:

ὁ δ' ἠντιβόλει ἔτ' αὐτοὺς ὀλ. μ. χρ.

ut vocula ἔτι bene pro γε e MSS. reposita in Lys. 766,

καὶ προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον χρόνον.

Eademque de causa Equitum vs. 1370,

οὐδ' ἀγοράσει γ' ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ:

sic legam, si liber MS. habeat:

οὐδ' ἀγοράσει ἔτ' ἀγένειος οὐ. ἐ. ἀ.

Ceterum ut in hac lectione de vocula ἔτι elisa utraque vocali sola mansit litera τ, sic de praepositione ἐπί una superstes est labialis in Lys. 251,

ταύτας, ἐὰν μὴ 'φ' οἷσιν ἡμεῖς εἴπομεν.

Vs. 623. Pro ἐξεπαίρωσιν legendum videtur ἐξεπάρωσιν. Non enim metuunt senes, ne Lacedaemonii viri mulieres etiam impellant, ut arcem occupent, quam illae jam occupassent; sed ne Lacedaemonii sint, quorum impulsu illae id fecissent. Olim cum essent, qui, quod in aoristo primo indicativi verborum in αίρω, αίνω etc. veluti ἐπῆρα, subscriptum erat jota, etiam in eodem tempore aliorum modorum ac participii ponerent, ἐπᾴρω, ἐπᾴρας· facile illud jota, quod olim magis adscribebatur, quam subscribebatur, ἐπάιρω, ἐπάιρας, pro plena litera haberi, ac pro ἐπεξάιρωσιν scribi potuit ἐπεξαίρωσιν.

Vs. 630. Sic haec leguntur:

ἀλλὰ ταῦθ' ὕφηναν ἡμῖν, ἄνδρες, ἐπὶ τ.

ut ἄνδρες vocativus casus sit, ac mulieres censeantur tyrannidem occupare voluisse. Ac sic et Scholiastes haec intellecta voluit: ἀλλ', ὦ ἄνδρες, ταῦτα ἐποίησαν αἱ γυναῖκες, ἵνα τυραννήσωσιν. Melius, credo, ἄνδρες nominativum intelliges: *verum haec in nos quidam viri texuere, quo regnum invadant; nec tamen* etc.

Vs. 643 sqq. Legendum, ni fallor:

εἶτ' ἀλετρὶς ἦ δεκέτις
οὖσα τἀρχηγέτι·
κᾆτ' ἔχουσα τὸν κρ. ἄρκ. ἦ Βρ.

Est τἀρχηγέτι τῇ 'Αρχηγέτι et verae optimorum librorum MSS. lectionis κατέχουσα prava scriptura simpliciter, uti saepe factum, corrigenda fuit κᾆτ' ἔχουσα.

Vs. 678. Vitiosa sine dubio haec lectio:

τὰς δ' 'Αμαζόνας σκόπει.

Nam quis unquam bonus scriptor sic ante imperativum verbi modum conjunctionem δέ posuit? Sic quidem multo praestet legere:

τάς γ' 'Αμαζόνας σκόπει·

vise modo Amazonas: uti saepius particula γε, ubi aliquid jubetur, adest, veluti Lys. 1167,

ἕτερόν γ' ἀπαιτεῖτ' ἀντὶ τούτου χωρίον.

Sed leniori etiam medicina sanandus locus:

τάσδ' 'Αμαζόνας σκόπει·

vise has Amazonas. Saepe eleganter pronomen οὗτος, interdum quoque ὅδε, absentis nomini additur, qui vulgo notus est. Sic est Οἰνεὺς ὁδί Ach. 393, ὅδε ὁ Κηφισόδημος Ach. 670, τῶν ἠθάδων τῶνδε Av. 271. Unde veram habeo in Pluti vs. 385 editorum lectionem:

οὐ διοίσοντ' ἄντικρυς.
τῶνδ' Ἡρακλειδῶν οὐδ' ὁτιοῦν τῶν Παμφίλου.

Ubi ut Pamphili sunt Heraclidae, ita hic Amazones sunt, quas Micon pinxit. Nec quisquam Atheniensis erat, quin a Micone pictam illam tabulam nosset.

Vs. 734. In MSS. et schol. est laxato metro:

ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρι'; — ἢν τοῦτο δέῃ.

quod vitium sic sanatum in veteribus editis:

ἢν τούτου δέῃ·

a Porsono:

ἢν τουτὶ δέῃ.

Ceterum ubi sic respondetur, adest fere particula γε, ut in Ran. 1227,

ἐγὼ πρίωμαι τῷδε; — ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί.

Atque sic et haec legas:

ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρι'; — ἢν τοῦτό γε δέῃ.

Vs. 758. E MSS. discordia hanc petas lectionem:

ἀλλ' οὐ δύναμαί γ' ἐγὼ οὐδὲ κοιμᾶσθαι 'ν πόλει.

Ut ἐγὼ οὐ per crasin iambus evadat, ut vs. 284, 876 ac saepe. Quod vel ignoratum vel improbatum varias illas librorum lectiones dederit.

Vs. 764. Ἀργαλέας γ' εὖ οἶδ' ὅτι. Sic videtur legendum e libris. Bene post ἐκείνους ejecta auctoribus codicibus particula; post ἀργαλέας lingua nolit abesse; ita eleganter ibi posita est. Nec dubitandum, quae post ἐκείνους fuit particula γε, quin orta sit ex adscripta in margine correctione γε· quae doceret pro ἀργαλέας τε scribendum esse ἀργαλέας γε.

Vs. 798. Κρόμμυόν τἄρ' οὐκ ἔδει. Futurum ἔδει in-

telligendum, ut saepius, *non opus tibi erit* (quo lacrimae eliciantur) *comesa cepa*. Ita hic pugnus tibi in os haerens lacrimas excutiet, ut fert natura.

Vs. 839. Σὸν ἔργον εἴη non ad Graecae linguae canonas dictum: quae vel dici vult, σὸν ἔργον ἂν εἴη, vel, quod est in Suidae ἠπεροπεύειν, σὸν ἔργον ἐστι. Sed nec prava lectio foret: σὸν ἔργον ἤδη. Est σὸν ἔργον Nub. 1477, Thesm. 1208.

Vs. 843. Syllabae in MSS. defectum et sic suppleris:

παραμένουσά σοι 'νθαδί.

Vs. 851. Ἰδού plurimum dicit, qui aliquid facere jussus statim se facere indicat, ut in Nub. 83,

— κύσον με καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.
— ἰδού. τί ἐστιν;

Sic et est Equ. 157, 967 ac saepe. Hoc loco Myrrhinam evocare jussa Lysistrata per dictionem ἰδού certo sese ac mox evocaturam indicat, ceterum scire velle, quo jure ille id postulet; prius igitur diceret, quis esset.

Vs. 866. Revocanda pristina lectio: ἐξ οὗπερ αὕτη 'ξῆλθεν, ut αὕτη est vs. 885.

Vs. 871. Legitur:

σὺ δέ με τούτῳ μὴ κάλει.

Scriptum, credo, Aristophanes dedit:

σὺ δέ με τούτῳ μὴ 'κκάλει.

Post elisam sic praepositionis vocalem facile saepe per librariorum negligentiam et consonans excidit.

Vs. 934. Legendum videtur ad MSS. vestigia:

μὰ Δί', οὐδὲ δέομαί γ', ἀλλὰ β. β.

Et voculae *οὐδὲ* syllaba *δε* ante *δέομαι* facile excidere potuit, et pronomen *ἔγωγε* verosimile huc tractum esse e vs. 927. Saepe sic est *οὐδὲ — γε*.

Vs. 998. MSS. edd. lectio:

ἀπὸ Πανός; — οὔκ· ἀλλ' ἀρχὰ μὲν, οἰῶ, Λα.

sic, credo, corrigenda:

ἀπὸ Πανός; — ἀλλ' ἀρχὰ μὲν, οἰῶ, Λα.

ut *οὐκ* ortum sit ex adscripta glossa. Respondetur sic per *ἀλλά* Ach. 569,

ἐγὼ γάρ εἰμι πτωχός; — ἀλλὰ τίς γὰρ εἶ;

Et ut hoc loco, sic et in Equitum vs. 1210 eaedem voculae carmen gravarunt in MSS.

φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔνεστιν; — ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς κενήν;

quod Brunckius levavit ejecto *οὐχ*·

ἀλλ' ὁρᾷς κενήν.

Bekkerus edendo:

οὐχ ὁρᾷς κενήν;

ubi equidem cum Brunckio steterim. Sed Pacis vs. 931 legitur sine ulla varietate:

οὐχ αἱ γυναῖκες ἔλαβον; — ἀλλ' ἐς ἑσπέραν
δώσουσιν αὐταῖς ἄνδρες.

Vs. 999. *Ἄλλαι.* Legam: *ἄλλαι*· vel, si sic malis, *ἄλλαι* (*αἱ ἄλλαι*). Non quaedam aliae mulieres (*ἄλλαι γυναῖκες*) factitasse id dicuntur; sed ceterae omnes (*αἱ ἄλλαι γυναῖκές*).

Vs. 1016 sq. Mihi quoque visi sunt hi duo tetrametri trochaici male inter asynartetos positi esse. Eos sic ad MSS. vestigia reformavi:

ταῦτα μέντοι σὺ ξυνιεὶς εἶτα πολεμεῖς ἔτι,
ἐξὸν, ὦ πονηρέ, σοι βέβαιον ἔμ' ἔχειν φίλην;

Erit sic *βέβαιον* vel adverbium, vel Attice dictum pro *βεβαίαν*.

Vs. 1063. Ἕξεσθ'. Est hoc in Kusteri, Brunckii, Bekkeri libro; nec quidquam vidi adnotatum. Non tamen usquam lectum credo *ἕξομαι* pro *ἕξω*.

Vs. 1121. Legitur:

ἴθι καὶ σὺ τούτους τοὺς Ἀθηναίους ἄγε·
οὗ δ' ἂν διδῶσι, πρόσαγε τούτους λαβομένη.

uti haud eleganter in utroque versu pronomen adest *τούτους*. Scripsit, ni fallor, Comicus:

οὗ δ' ἂν διδῶσι, πρόσαγε τούτου λαβομένη.

Saepe sic post relativum pronomen *οὗτος* ponitur. Pluti est vs. 41 sq.

ὅ τῳ ξυναντήσαιμι πρῶτον ἐξιών,
ἐκέλευσε τούτου μὴ μεθίεσθαί μ' ἔτι.

Ran. 1442 sq.

εἰ τῶν πολιτῶν οἷσι νῦν πιστεύομεν,
τούτοις ἀπιστήσαιμεν, οἷς δ' οὐ χρώμεθα,
τούτοισι χρησαίμεσθα.

Vs. 1151. Κατωνάκας. Non id dicere Comicum credo, per illa tempora re coactos fuisse Atticos catonacas gestare; sed Hippiae dominationi subjectos quasi servos fuisse, adeoque *κατωνάκας* quasi gestasse. Sic fere in Eccl. 724, *κατωνάκη* servi sunt.

Vs. 1179. *Τοῖσι συμμάχοισι νῷν*. Genitivum casum accipiunt *νῷν*, *nostris sociis:* qui dativus est, quem regat pronomen *ὁ αὐτός· nonne idem ac nos* (*idem nobis*) *censebunt socii?* Quae pronominis constructio Comico usitata, ut Ran. 1295, Plut. 253, Eccl. 339, Nub. 664, Vesp. 10, 728, Equ. 508.

Vs. 1216. In loco obscuro hanc tamen tentavi viam:

— ἄνοιγε τὸ θύριον. — οὐχὶ παραχωρεῖν θέλεις;

Vs. 1216 sqq. Veniunt importuni aliquot introire volentes. Quorum cum unus janitorem jussisset ostium aperire; hic primo unum esse credens (nam unius vocem audierat), domo etiam exiens facessere jubet: (οὐ παραχωρεῖν θέλεις;) mox egressus, ceteris conspectis: *quid vos, inquit, hic adsidetis?* μῶν — κατακαύσω; Quod cum hi nihili fecissent, atque idem iste homo sese sic abiturum negasset (οὐκ ἂν ποιήσαιμι); tum famulus admodum ridicule: *quando*, inquit, *spretis minis omnino cupis malo te affici, mihique adeo necesse est, id facere, ut tibi gratificer, id ego jam laboris molestiaeque perferam, ut te male mulcem.* Quod probans Senum chorus (nam hujus fuisse videtur vs. 1221) comice: *et nos tecum simul laboriosum istud subibimus.* Tum famulus (ac nescio an una et Chorus) minitabundus fugat (vs. 1222 sq.), mox redituros (vs. 1239).

Vs. 1218. Φορτικὸν τὸ χωρίον. Haec equidem non intelligo. Vertunt: *molesta est haec statio: asperrimus est locus.* Ceterum ubinam sic nomen φορτικός; ubi χωρίον; Suspicor veteris magistri verba esse, qui docere sic voluerit, ejusmodi turbam, qualem hic fieri, scenam dedecere: *indecorus est hic fabulae locus.* Quae sententia prius inter versus scripta:

φορτικὸν τὸ χωρίον.

ὑμᾶς κατακαύσω — — ⏑ — —

deinde in textum recepta alteram senarii partem exterminasse potest. Nomen φορτικός ipse Comicus sic dixit in Vesp. 66.

Vs. 1230. Vera est MSS. edd. lectio: πανταχοῦ πρεσβεύσομεν. Verbum πρεσβεύειν non est *legatum aliquo*

proficisci; sed *alicubi legati munus obire;* nec legatos vult ebrios ire, quo legati eant; sed legatione ebrios ibi fungi, ubi legati agant. Bene in Avium legitur vs. 1566, οἶ πρεσβεύομεν, quod ibi est: *quo legati imus;* quod ipsum bene hic πανταχοῦ legi docet. Sed et quod mox est: ὅταν ἔλθωμεν εἰς Λακεδαίμονα etc. docet legatos hic dici, qui jam advenere, quo legati fuerint, ac munere funguntur, non de iis, qui etiam in itinere sunt.

Vs. 1259. Καὶ κὰτ τῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο. Nomen ἀφρός, quod mox adfuit vs. 1257, ejecere Brunckius ac Bekkerus. Ceterum abest, seu adest, sensus erit: *multa de cruribus manabat spuma.* Satis, credo, ferox in proelio fuit, cui ardenti πολὺς ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἤνθει· ne postules, de cruribus quoque ut defluat. Praeterea si cogites, et in veteribus editis ac manu scriptis libris nomen esse, nec veram eam lectionem esse posse, tum quod idem nomen modo fuit, tum quod pugnantibus non spuma de cruribus manat; fortasse accedes censenti, pro ἀφρός Comicum aliud nomen dedisse, veluti ἱδρώς seu ἶδος. Certe praeclare gesta re Ulysses et Diomedes in castra reduces ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ κνήμας τε μηρούς τε, Iliad. K. 573.

Vs. 1269. Ἀλωπέκων. Scripsitne Aristophanes ἀλωπεκιᾶν vel ἀλωπεκᾶν;

Vs. 1303. Εἶα μάλα. Haec lectio eo nomine vera esse non potest, quod dictio μάλα et μάλ' αὖθις, non nisi iteratae exclamationi additur. Vel excidisse versiculus videtur:

ὦ εἶα,
εἶα μάλ' ἔμβα·

vel bis in hoc scriptum esse:

εἶα, εἶα μάλ' ἔμβα.

Illud est in Pac. 451 sq. 478 sq.

ὦ εἶα,
εἶα μάλα.

IN THESMOPHORIAZUSAS.

Vs. 10. Οὐ φῂς — — ὁρᾷν. Legam haec interrogative: *οὐ φῂς — — ὁρᾷν;* Roganti sic saepe alter respondet, ajat seu neget, per conjunctionem *γάρ*.

Vs. 45. Τί λέγεις; potest et famuli fuisse.

Vs. 97. Legam et haec interrogando: *ἀλλ' ἢ τυφλὸς μέν εἰμι;* Idem dicit Equ. 948, *ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ;* Saepe sic rogatur per voculam *μέν*.

Vs. 134. Sola vera videtur cod. MS. ac meliorum editorum lectio:

καί σ', ὦ νεανίσκ', εἴ τις εἶ — —

ac te, adolescens, si modo adolescens es etc. Et in vs. 97 virum sibi natum videri negavit, et mox vir an femina sit, dubitat vs. 141 sqq. Sed et Clisthenes muliebri cultu conspectus femina esse censebitur vs. 571.

Vs. 141. Admodum probatur a Scholiaste servata lectio:

σὺ δ' αὐτὸς, ὦ παῖ, πότερον —

Facile librarius, quum proximus versus esset:

τίς δαὶ κατόπτρου — —

errans et hic scribere potuit:

τίς δ' αὐτὸς, ὦ παῖ;

Vs. 144 sq. legendi videntur, ut Mnesilochus effeminatum tragicum roget:

ἀλλὰ δῆτ' ἐκ τοῦ μέλους
ζητῶ σε;

an vero e carmine conjecturam faciam, femina sis an vir natus?

Vs. 242. Cod. MS. et edd.

πρὶν ἀντιλαβέσθαι τὸν πρωκτὸν τῆς Φλογός.

ut carmini desit syllaba, quam viri docti reddidere inserta particula:

πρὶν ἀντιλαβέσθαι τόν γε πρ. τ. Φ.

quod et sic possit:

πρὶν ἀντιλαβέσθαι τόνδε πρωκτὸν τῆς Φλογός.

antequam hic (meus) *podex flammam trahat.* In illa correctione erit, credo, cui minus probetur posita sic particula.

Vs. 248. Corruptum et hoc in MS. edd. carmen sic correxi:

οἰμώξεταί τἄρ', εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ.

Librarii oculi a priori τα ad posterius translati fuere, ut scriberet: οἰμώξετ' ἄρ', εἰ —. Et elegantior est locutio, in qua pronomen τις omissum videatur, quam ut peccanti librario debeatur.

Vs. 255. Σύζωσον ἀνύσας Euripidis, dictio ἰδού Agathonis fuisse videtur.

Vs. 256. Hic versus, ni fallor, post vs. 261 transferendus:

Mn. Ἴθι νυν κατάστειλόν με τὰ περὶ τὼ σκέλη.
ὑποδημάτων δεῖ.

Vs. 263. Totus fuit, credo, Mnesilochi:

ἆρ' ἁρμόσει μοι; χαλερὰ γοῦν χαίρεις φορῶν.

Salse Agathoni mollitiem vel pejus aliquid exprobrat.

Vs. 325. Chorum mireris, qui Neptunum jubeat gurgitem relinquere non suum, sed Nerei: ni potius haec sic legas:

οἰστροδόνητον.
Νηρέος ἐνάλιοί τε κόραι,
Νύμφαι τε.

Vs. 372. Ἄκουε πᾶς. An scriptum oportuit: ἄκουε πᾶσ'.

Vs. 400. Est in MS. edd.

ὥστ' ἐάν τις πλέκῃ
γυνὴ στέφανον — —

ut et huic carmini syllaba desit; quam sic reddas:

ὥστ' ἐάν τε τις πλέκῃ
γυνὴ στέφανον — —

ut respondeant inter sese, ἐάν τε (τις πλέκῃ) — — καὶ ἐὰν (ἐκβάλῃ). Saepe sic de junctis inter sese copulis per negligentiam prior excidit.

Vs. 456. Quae in MS. edd. carmini syllaba deerat:

ἅτ' ἐν ἀγρίοισι λαχάνοις αὐτὸς τραφείς·

eam e Plutarcho ac Gellio sic reduxit Brunckius:

ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς.

quae est certe aliqua auctoritas; atque eam ipsam medi-

cinam Bentleji fecerat ingenium. Verum bene hic articulus adsit, dubito. Λαχανοπώλιδος filius non tam bene educatus dicitur ἐν τοῖς λαχάνοις, quam ἐν λαχάνοις. Antequam de Plutarchi Gelliique lectione cognossem, carminis sic supplevi numeros:

ἄτ' ἐν ἀγρίοισι καὶ λαχάνοις αὐτὸς τραφείς·

quod sit: ἅτε καὶ αὐτὸς ἐν ἀγρίοις λαχάνοις τραφείς. Ceterum Gellii editio Lugd. Bat. anni 1644 habet, ut libri, ἅτε ἐν ἀγρίοισι λα. quod et Gronovii tenuere, adnotantes tamen: »mox omnes retinent ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις."

Vs. 477. Hoc quoque carmen mutilatum habent MS. edd.

ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πόλλ', ἐκεῖνο δ' οὖν
δεινότατον·

quod vitium sustulere praeclara recepta Dawesii conjectura Brunckius ac Bekkerus:

ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ δείν', ἐκεῖνο δ' οὖν
δεινότατον.

Cui quidem lectioni elegantia cedere haec mea debebit:

ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ μὲν ἄλλ', ἐκεῖνό δ' οὖν
δεινότατον.

Aberrarint sic librarii oculi ab altero duplici λ ad alterum.

Vs. 482. Corruptam MS. edd. lectionem, κατευθύς vel κατ' εὐθύς, sic correxere, κᾆτ' εὐθύς. Ceterum non nimis probatur sic κᾆτα, ubi praesertim mox erit εἶτα. Pro litera γ cum persaepe male scripta sit τ, dedisse Comicum credidi:

κἀγὼ εὐθὺς ἔγνων.

quod sic scriptum, κἀγ' εὐθύς, lectiones illas pepererit.

Vs. 564. Ἄῤῥεν'. Legam ἄῤῥεν (παιδίον), uti mox

est τοῦτο, et τὸ σὸν θυγάτριον. Est ἄῤῥεν παιδίον in Lys. 748, Conc. 549.

Vs. 605. Carminis vitium sic sustuli:

ἔμ', ἥτις, ἤρου; τοῦδε Κλεωνύμου γυνή·

hujus Cleonymi (Terent. Heaut. V. 5. 21), quem vos novistis.

Vs. 625. Verba, οἴμοι τάλας, in Mnesilochi partes transferri non par fuit. Οἴμοι τάλας Clisthenes exclamat, tergiversantis Mnesilochi impatiens, plane ut Pisthetaerus in Avium vs. 1501 Prometheo increpitat: οἴμοι ὡς βδελύττομαί σε. Vide et Plut. 389 sq.

Vs. 665. Legendum videtur numerorum causa:

πανταχῆ δὲ ῥίψον ὄμμα.

Vs. 710. Potest proverbialis locutio fuisse: ἥκεις ὅθεν ἥκεις· *venisti unde venisti:* quae dixerit; nihil quidquam profecisti; nil promovisti. Ceterum bene cod. MS. ac veteres editi legunt: ἥκεις θ' ὅθεν ἥκεις· cui copulae ea respondeat, quae mox est in Φαύλως τε ἀπ. Vid. ad Ach. 328.

Vs. 736. Pro ὑμεῖς legendum videtur ὑμῖν.

Vs. 748. Τουτονί. Pronomen οὗτος Dei nomini sic addere, per quem quis juravit, cothurni est, non socci. Legam: τουτογί (τὸ παιδίον).

Vs. 761. Mihi quoque spurius versus videtur. Nec verbum ἐκκορῶ explicatione indigebat, nec aoristum istum ἐξηρήσατο Atticorum sermo probaverit.

Vs. 768. Hic quoque in libris quod est: οὐ φαίνετ' οὔπω· et lingua respuit, et ars, quae talem elisionem non patitur. Scripsit, credo, Aristophanes: οὐ φαίνεταί πω.

Vs. 873. Κάμνοντας. An legendum καμόντας.

Vs. 874. Verba: ποίου Πρωτέως; mulieris fuere, non Euripidis. Nam si Euripides id vulgari sensu quaesisset: *cujusnam Protei?* responsum ei a Mnesilocho oportuit. Sed ab indignante muliere mentienti seni id increpatur: *quem Proteum tu narras?* uti fere dictio ποῖος est. Vid. ad. Nub. 366. Idem jam monuit Bentlejus.

Vs. 898. Veram et ipse habeo librorum lectionem:

εἰ μὴ Κρίτυλλά γε·

quod sit ἀλλὰ Κρίτυλλα, uti εἰ μὴ — γε est in Lys. 943,

οὐχ ἡδὺ τὸ μύρον, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τουτογί,
εἰ μὴ διατριπτικόν γε κοὐκ ὄζον γάμων·

et in Avium vs. 1680,

μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει,
εἰ μὴ — γε.

Altera lectio, nulla auctoritate nixa:

εἰμὶ Κρίτυλλά γε·

et numerorum violat et sermonis legem.

Vs. 913 sq. Pro δέ si legas δή, duos versiculos legitimum senarium reddes.

Vs. 916. Sic legendum:

κλαύσεται ἄρα, νὴ Θεώ.

sive sic scribi malis:

κλαὖσετἄρα, νὴ Θεώ.

seu sic:

κλαύσετᾆρα, νὴ Θεώ.

Syllaba ται per crasin coalescens cum brevi vocali α voculae ἄρα una fit longa syllaba. Sic in Lysistr. 116 δοῦναι ἄν ante vocalem spondeus est, οἰκεῖσθαι ἄν Equ. 1171 molottus, περιόψομαι ἀπελθόντα in Ran. 510 di-

midius senarius, *δήξομαι ἄρ'* in Ach. 306 creticus pes, *βοάσομαι ἄρα* penthemimeres iambicum in Nub. 1138, *γενήσεται ἀγαθά* in Plut. 113. Ita et Porsonus censuit. Idem credo factum, ubi *α* est positione producta, ut in Avium 1340, *εἶναι ἄγγελος* (*εἶναἴγγελος*), in Pac. 324, *βούλομαι ἀλλά*, vs. 472, *προθυμοῦνται ἀλλά*, in Thesm. 1012, *γίγνεσθαι Ἀνδρομέδαν*, in Nub. 1120, *ἀπολήψεσθαι ἀλλὰ λ. μ.*

Vs. 928. Euripidis credo fuisse abeuntis.

Vs. 929. Haec non interrogative legenda. Viso Mnesilocho, quem mulier custodiret, Prytanis, a Clisthene cuncta edoctus, statim intelligit, ipsum esse, qui vinciendus esset. Si quaesisset, responsum ei a muliere oportuit.

Vs. 954. *Ἄγε ἐς κύκλον.* Sic legitur, ut *ἄγε* verbum sit: *move te in orbem.* Melius, credo, *ἄγε* adverbium intelliges, et *ἐς κύκλον* ad verbum trahes *χώρει·*

χώρει
κοῦφα ποσὶν, ἄγ', ἐς κύκλον.

Sic certe est Ran. 441,

χωρεῖτε νῦν ἱερὸν ἀνὰ κύκλον.

Vs. 1003. Lege, *δράσ' ἐγώ* (*δράσω ἐγώ*) ut est vs. 1217, *τί* (*σί*) *δράσι.*

Vs. 1012. Legi malim, *πάντως γ' ἐμοί*, ut et legi velim vs. 851. Tum mox metri in MS. edd. vitium: *δῆλον οὖν ἔσθ' ὅτι·* sic quoque tollas: *δῆλον οὖν ἄρ' ἦν ὅτι.*

Vs. 1050 sq. Non inridicule Andromedam agens Mnesilochus, cum exclamasset: *εἴθ' ἐμὲ πυρφόρος αἰθέρος ἀστήρ* — — additurus, *τὴν δύσμορον ἐξολέσειεν·* quasi

reminiscens a Scytha sese adservari, eo defertur, ut dicat: τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν.

Vs. 1092. Verba, καὶ δὴ φεύγει· Mnesilochi credo fuisse.

Vs. 1102 sq. Haec sic videntur legenda:

τί (σί) λέγι Γοργόνος πέρι
τὸ γραμματέο; σὺ τῇ κεπαλῇ τὴν Γοργόνος;

Solam nunc dico verborum interpunctionem. Nam de verbis in Bentleji sententiam pedibus ibo, quod ille censuit, pro Γοργόνος utrobique legendum esse Γοργόνο·

τί (σί) λέγι τῇ Γοργόνο πέρι
τὸ γραμματέο; τὺ τῇ κεπαλῇ τὴν Γοργόνο.

Per contemtum prius tanquam de tertia persona loquitur; mox ad ipsum conversus malum imprecatur. Saepius hoc habetur in Comici fabulis, ut Plut. 275. Perseus adveniens cum dixisset: — veni huc *Gorgonis caput ferens;* qui nil quidquam de Gorgone inaudisset Scytha, Γοργό convicium vel maledictum habens, indignatur: *quid Gorgo narrat iste γραμματεύς; tuo capiti sit illud Gorgo!* Quod cum nec ipse Perseus intellexisset, atque ut Scythae videbatur, satis impudenter maledictum iterasset ἔγωγέ φημι· tum irae impotens hic: *itaque et ipse tibi dico Gorgo,* inquit. Nomen γραμματεύς non ita in laude ac gratia fuisse et ex Aristophanis conficias Ranarum vs. 1082, et e Dionis Chrysostomi loco, cujus tamen sedem indiligenter adscriptam, reperire non potui.

Vs. 1109. Ἀποτανουμένη λαλᾷς; *moriturus etiam loqueris?* Possit et sic legi: ἀποτανουμένη λαλᾷς· quae ille minaciter dixerit: *moriturus loqueris;* quod sit: morieris, si pergis loqui.

Vs. 1114. Videtur lectio tenenda codicis MS.

σκέψαι τόσην τό· μήτι μικκὸν παίνεται;

intuere istud tantum. numnam parvum tibi videtur? quae Scytha dixerit, dum pallam, qua etiam indutus erat Mnesilochus, tolleret, ac virum esse ex ipsa re probaret. Nec erit, credo, quem in Scythae sermone illud τόσην τό offendat, ubi modo fuit ἁμαρτωλὴ γέρων, ac mox est τῇ γέροντο, τὸ κεπαλή.

Vs. 1115. Legendum videtur:

φέρε δεῦρό μοι τὴν χεῖρ', ἵν' ἅψωμαι, κόρη·

manum age mihi tende, ut eam prehendam, virgo. Quod cum barbarus non passurus minas pararet, hunc deinde sic orat personatus tragicus:

φέρε, Σκύθα.

Vs. 1129. Mutilum in cod. MS. et edd. carmen sic quoque sanari possit:

ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν δέξαιτο βάρβαρος φύσις.

qui certe tragicus sermo est. Vide et Comici Thesm. 384, Vesp. 318, Lys. 1023.

Vs. 1174. Διέρχεσθαι. In verbo praepositio inest, delicatioris incessus index, ut et in διαβῆναι Vesp. 688, in διασαλακωνίσαι. Vesp. 1169. Bene jam Scholiastes monuit: σημαίνει τὸ ἁβρῶς βαδίζειν. Non bene igitur Latine dederunt *transire*.

Vs. 1178. Pro ἔρχεθ', quod pro ἔρχεται dictum contra artem est, legendum videtur, ἤρχεθ' ὡς ἀ. τ. ut modo fuit ἔμελλε προμελετᾷν. Vid. et Ran. 48.

Vs. 1182. Laxato in MS. edd. carmini:

καθιζομένη δ' ἐπὶ τοῖς γόνασι τοῦ Σκύθου·

sic quoque suos numeros reddideris:

καθιζομένη δ' ἐπὶ τοῖσδε γόνασι τοῦ Σκύθου·

in his Scythae genibus, hic in genibus Scythae.

Vs. 1187. Bona est MS. edd. lectio; modo pro κλαυσεῖ legas numerorum gratia κλαῦσι·

κλαῦσί γ', ἂν μὴ 'νδον μένης·

quae factitio suo nervo minatus fuerit nequam Scytha: *malo adficieris, ni intra tunicam maneas:* πρὸς — — — λέγει, ἐπιπλήττων ἐντεινομένῳ, ut bene Scholiastes. Elegantior est in minis particula γε, quam ut non genuina sit. Rem ipsam explicabit adscripta antiquitus παρεπιγραφή.

Vs. 1188. Vocula εἶεν Euripidis partium fuisse videtur; quam dixerit, cum jam saltatricis calceos solvisset: εἶεν. — — καλῶς ἔχει.

Vs. 1190. In cod. MS. ac veteribus editis est:

ἤδη βαδίζειν. — τί; οὐκὶ πιλήσει πρῶτά με;

ut carmen syllaba abundet; quod ad justos numeros redegere ejecto τί. Ceterum amatorem Scytham nimis decet illud τί, quam ut non a poëta sit. Vide, an sic legenda haec sint:

Eu. ὥρα 'στι νῷν.

ἤδη βάδιζε. Sc. τί; οὐκὶ πιλήσει πρῶτά με;

Absolute ὥρα ἐστι, ut Eccl. 877, ὥρα ἦν πάλαι. Euripides Electr. 112, σύντεινε, ὥρα, ποδὸς ὁρμάν. Potest βαδίζειν orta lectio esse e vs. 1231.

Vs. 1203. Haec, credo, Euripides meretriculae dixit, eam monens, ut, simul Scythae sui copiam fecerit, cum tibicine puero aufugiat. Nam Scytha domum praeierat, saltatrice sequi se jussa (vs. 1198).

Vs. 1216. Legendum credidi: συβίνη 'σσί (συβίνη ἐσσί, συβίνη εἶ), ut suam σιβύνην alloqui pergat. Sic quidem et καταβίνησι secunda persona erit. Nam in

barbarica illa literarum transpositione συβίνη pro σιβύνη, Scythae in nomine inesse videtur pronomen σύ, et verbum βινεῖν.

Vs. 1217. Dictione οἴμοι carmini praemissa elegantem senarium habebis:

οἴμοι·
τί δράσι; ποῖ τὸ γράδι'; 'Αρταμουξία.

eheu! quid agam? quonam (abiit) *vetula? Artemisia!*

Vs. 1228. Haec sic legenda puto:

κακόδαιμον· ἀλλὰ τρέξι. 'Αρταμουξία.

ut prima persona sit θρέξι, 'Αρταμουξία vocativus casus, ut vs. 1218, 1225, *me miserum! sed cursum insistam. Artemisia!* Atque sic currens ac clamans de scena discedit.

IN RANAS.

Vs. 15. Σκεύη φοροῦσι vel σκεύη φέρουσι, quod sunt qui participii dativum casum intelligunt, videtur praesens esse verbi tempus constructione, si qua alia, bene Graeca: εἴπερ ποιήσω μηδὲν ἐκείνων, ἃ Φρύνιχος εἴωθε ποιεῖν, καὶ ἃ Λύκις καὶ 'Αμειψίας σκεύη φοροῦσι ἑκάστοτε ἐν τῇ κωμῳδίᾳ. Eadem constructione est in hujus fabulae vs. 832 sq.

ἀποσεμνυνεῖται πρῶτον, ἅπερ ἑκάστοτε
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐτερατεύετο.

Sic est: ἐκείνων, ὧν ἐναυμαχήσαμεν Ach. 647, ἃ δυσκολαίνει καὶ βρενθύεται Lys. 887, ταῦτα πρωκτοτηρεῖν Equ. 875, ταῦτ' ἠλιθιάζω Equ. 1121, ταῦτα ἐφενάκιζες σύ Ach. 90, τάδε — ἀλίσκόμεσθα in fragmento Aeschyli Myrmidonum apud Scholiasten ad Aves 808. — Et qui identidem bajulantes servos docent Comici, bene ipsi bajulare dicuntur. Recte alter Scholiastes σκεύη φορεῖν reddidit σκευοφοροῦντας εἰσάγειν, σκευοφόρους ἄνδρας ποιεῖν· qui et docte observat: ἔστι δὲ βεβιασμένος ὁ λόγος· εἴπερ ποιήσω μηδὲν ὧν οὗτοι ποιοῦσι σκεύη φοροῦντας εἰσάγοντες.

Vs. 25. Legitur:

Ba. πῶς φέρεις γὰρ, ὅς γ' ὀχεῖ;
Xa. φέρων γε ταυτί.

Uti contra linguam roganti per πῶς respondetur per particulam γε. Immo sic haec legenda:

Ba. πῶς; φέρεις γὰρ, ὅς γ' ὀχεῖ;
Xa. φέρων γε ταυτί.

Vs. 56 sq. Vide an legenda haec sic sint:

Herc. γυναικός;
Ba. οὐ δῆτ'.
Herc. ἀλλὰ παιδός;
Ba. οὐδαμῶς.
ἀλλ' ἀνδρός.
Herc. ἀπαπαί. ξυνεγένου τῷ Κλεισθένει;

Vs. 69. Εἰς ᾅδου κάτω. Observandum eleganter additum ab Hercule κάτω, quo Bacchum terrefaciat. Quod probe persentiscens Bacchus, ante periculum ferox: dic, inquit, qua via quam primum veniam, ut tu jactas, εἰς ᾅδου κάτω, vs. 118.

Vs. 78. Αὐτὸν μόνον jungendae dictiones. Additum

sic pronomen *αὐτός* nominis *μόνος* vim adauget. Est et in Pac. 500.

Vs. 94. Erit cum scripsisse Comicum putavi:

ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢ μόνον χορὸν λάβῃ·

quae citius evanuere, quam vel chorum acceperint (quam digni habiti fuerint a choragis, quorum fabula in scena exhibeatur).

Vs. 116. Versum sic legendum credidi:

Herc. *ὦ σχέτλιε, τολμήσεις γὰρ ἰέναι;* Ba. *καὶ σύ γε μηδὲν ἔτι* etc.

Nunc in Bekkeri libro haec lego adscripta: »totus Herculi tribuebatur. Correxit Seidlerus." Dindorf. Unde idem censuisse Seidlerum conjicio. Nusquam, credo, sic post *γάρ* particula habetur *γε*, cum responderi soleat per *καὶ* — *γε*. Vid. Plut. 103, 473. Mox vs. 118 e MSS. et sic legas *ἀφίξομαι 'ς*, ut *ἢ 'ς* Lys. 2 ac saepe.

Vs. 136. MS. *ἀλλ' ἥνπερ σὺ τότε.* Unde cum alterutra ejicienda vocula esset, *ἀλλὰ* vel *περ*, illam damnarunt, credo, ne in uno versu bis esset *ἀλλά*. Atqui hanc ipsam ob causam retinenda fuit conjunctio. Vid. Ach. 382 sqq. Sed et melius cum praecedentibus haec lectio convenit: *οὐκ ἂν βαδίσαιμι τὴν ὁδὸν ταύτην· ἀλλ' ἣν σὺ τότε κατῆλθες.* Nec erit, credo, qui ad Herculis rogatum, *τί δαί;* bene responderi dicat: *ἥνπερ* etc.

Vs. 175. *'Εάν.* Non movenda fuit vocula, quae sic est vs. 339. Saepe sic Homerus dixit *εἰ*, ut Od. IX. 267.

Vs. 189. *Σοῦ γ' οὕνεκα.* Satis frigide dictum accepit Scholiastes: *παρόσον οὕτως εἰώθασι λέγειν οἱ ναῦται, ὡς χαριζόμενοι τῷ ἐπιβάτῃ·* quem secuti sunt, qui*La-

tine haec dedere: *vel tui gratia.* Immo σοῦ γ' οὕνεκα est, *quantum quidem ad te adtinet.* Dictio οὕνεκα cum particula sic est in Nub. 419, 421, Ran. 1116, latius explicata ad Herod. l. I. c. 42. Charon morose quum clamasset: τίς ἐς κόρακας; quasi hic locus esset apud inferos: Bacchus locutionis memor ἐς κόρακας, *in malam rem, in morboniam,* comice pavidus rogat: ποῦ σχήσειν δοκεῖς; ἐς κόρακας ὄντως; Cui respondens, satis ferociter, et ipse nunc locutionis sensum secutus, Charon increpat: *hercle vero* ἐς κόρακας *ibimus, quantum ad te adtinet.* Plauti adscripsi Pers. II. 4, 11, *caedere hodie tu restibus. — tua quidem, cucule, causa.*

Vs. 192. Suspicor, de nobilioribus vel ditioribus aliquem notari, qui militiam illam detrectans oculorum valetudinem praetexuerit.

Vs. 256. Οἰμώζετ'· οὐ γάρ μοι μέλει. Haec non intelligo. Numnam legendum:

οἰμώζετ'· οὐ γάρ σοι μέλει·

nam nil quidquam curas, quae queror. Saepe Comicus numeri sic usus est in Chori persona enallage, ut in vs. 213. Vid. et dicta ad Lys. 373 sq.

Vs. 271. Ἡ Ξανθίας. Conspecto famulo gaudens exclamasse hoc Bacchus videtur. Non legam igitur interrogative.

Vs. 286. Vera videtur MSS. lectio:

ποῦ, ποῦ; — 'ξόπισθεν. — ἐξόπισθέ νυν ἴθι.

Non magis e famulo quaerit, ubi strepitus sit, quam unde ille audiat. Tum eadem dictione utrumque uti decet: nec bene abest vocula νυν.

Vs. 295. Legi haec et sic possint:

Xa. νὴ τὸν Ποσειδῶ. Βa. καὶ βολίτινον θἄτερον;
Xa. σάφ' ἴσθι. Βa. ποῖ — —

ut sunt in vetere libro.

Vs. 301. Ἴθι ᾗπερ ἔρχει. Potest hoc verbum fuisse animum addentis remoto periculo.

Vs. 328. Conjeci πολυκάρπων.

Vs. 365. Veram habeo optimi MS. lectionem:

παρέχειν ἀναπείθει.

Nam et invidiosius verbum ἀναπείθειν, et pronominis τινα in libris, qui habent, incerta sedes est; quod saepe adeo poëtae verbis a magistris insertum fuit.

Vs. 369. Corruptum in omnibus libris carmen sic persanatum crediderunt ex A. Gellii praefatione p. 11,

τούτοις αὐδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις τ. τρ. μ. ἀπ.

Quae quidem lectio tametsi et bonos numeros praebet, et aliqua auctoritate nititur, hoc nomine tamen vera esse non potest, quod dictio αὖθις idem verbum in primo quoque versu a Comico positum fuisse docet, quod in medio atque ultimo. Difficilis certe critico tractatu locus; tamen hanc viam tentavi:

πᾶσιν ἀπαυδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις τ. τρ. μ. ἀπ.

Potest supra πᾶσιν scripta sic glossa:

τούτοις
πᾶσιν ἀπαυδῶ·

pro adscripta correctione habita atque in textum recepta genuinum vocabulum extrusisse.

Vs. 389. Vera videtur librorum lectio:

καὶ πολλὰ μὲν γέλοι' ἄμ' εἰπεῖν.

Nam et pronomen mox adfuit, et facilius γελοιαμ per negligentiam intelligi ac scribi potuit γέλοιά μ', quam γέλοι' ἄμ'. Studet sese Comicus utile dulci miscentem omne punctum tulisse.

Vs. 441. Nomen θεᾶς sequentibus jungam:

χωρεῖτε νῦν ἱερὸν ἀνὰ κύκλον, θεᾶς
ἀνθοφόρον ἀν' ἄλσος.

Vs. 469. Ἀπῇξας. Receptum oportuit, quod jam Dindorfius dedit, ἀπῆξας. Verbi ἄγειν aoristus ἦξα in scena peregrinatur.

Vs. 484. Πρόσθου in MSS. edd. Baccho datum contra linguam, cum sic scriptum oportuerit πρόσθες. Immo et hoc Xanthiae fuit, vel herum jubentis spongiam sibi ipsum applicare, vel monentis, ut sineret sibi ab ipso applicari. Sic fere πρόσθου est Av. 361, περίθου Thesm. 380, ὑπόθου Conc. 1031.

Vs. 515. Bene legitur αὐλητρίς σοι ἥδε ἔνδον ἔστι. Eleganter sic additum pronomen ὅδε ejus nomini, qui, quamquam non conspectus, digito monstratur, ubi sit. Latine dixeris *ellam* e Terentii Phorm. Act. III. sc. 3, vs. 34,

— quid? istaec jam penes vos psaltria est?
— ellam intus:

ἥδε ἔνδον ἔστι· vel *eccam* e Plauti prologo Amphitr. 120,

nam meus pater intus nunc est, eccum, Jupiter:

οὑμὸς ὅδε πατήρ. Pronomine sic jam Homerus usus Odyss. 10. 282,

ἕταροι δέ τοι οἵδ' ἐνὶ Κίρκης
ἔρχαται.

Vs. 517. Legitur:

ἠβυλλιῶσαι κἄρτι παρατετιλμέναι.

Ceterum solet ubi sic rogatur:

πῶς λέγεις; ὀρχηστρίδες;

responderi per particulam γε. Atque sic et haec ita scripsisse Aristophanem non dubito:

ἠβυλλιῶσαί γ', ἄρτι παρατετιλμέναι.

Sed et elegantius in talibus copula omittitur, ut Lys. 26 sq. (ex optimorum librorum lectione) vs. 831 sq. (ut in omnibus libris est) Thesm. 419, Ran. 157, 877, 1298 (ubi etiam peccarunt librarii) Nub. 1012, alibi.

Vs. 531. Vulgo haec sic intelliguntur, ut ἀνόητον et κενόν nominativi sint neutrius generis, ac Bacchus roget: *nonne stolidum et vanum est, te* etc. Neque est, quod quis dicat, errari sic de verborum sententia. Ceterum possunt et per indignationem dicta intelligi: *tene sperasse, cum tamen nec stolidus, nec inanis homo esses, te, et servum et mortalem, pro Alcmenes filio fore!* ut est Ran. 740 sq. Conc. 530 sq. Vesp. 835. Av. 5, 7. Nubium est vs. 269,

τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ — — ἔχοντα.

vs. 809,

τῆς μωρίας·

τὸ Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί.

Vs. 532. Ἀλκμήνης sic legendum: ἀλκμήνης (ὁ Ἀλκμήνης).

Vs. 546. In strophico versu (539) cum vera videatur MSS. lectio μεταστρέφειν, hic legendum credo:

οὗτος δ' ἄτ' ὢν πανοῦργος αὔτ'

εἶδεν·

illud videret.

Vs. 552. Κακὸν ἥκει τινί. Is aliquis, cui infortunium venisse Xanthias dicit, Bacchus est; cujus malo ipse gaudet. Idem censendum de his: δώσει τις δίκην, vs. 554. Cui par pari refert Bacchus vs. 605, 609, ut bene Scholiastes docet ad vs. 605.

Vs. 556 sq. Οὐ μὲν οὖν — — ἄν γνῶναί σ' ἔτι. Sic haec legenda: *immo non putabas* etc. non interrogative. Saepe rogatur per particulam μέν, numquam per μὲν οὖν.

Vs. 562. Suaviores numeri erunt, si legas:

ἔβλεψεν ἐς ἐμὲ δρ.

Sed et ipsa praepositionis forma Atticis probata fuisse censetur. Idem tenendum in Conc. 62, 819, 1059.

Vs. 564. Verbum δοκεῖν hic quoque intelligo *simulare:* μαίνεσθαι δοκῶν, *furere sese simulans.*

Vs. 574. In duobus libris MSS. quae carmini syllaba deest:

ἐγὼ δ' ἐς τὸ βάραθρον ἐμβάλοιμί σε·

eam e tertio reposuere:

ἐγὼ δέ γ' ἐς τὸ βάρ. ἐμβ. σ.

duplici nomine contra linguam, quae nec particulam ἄν abesse patitur, et voculas δέ γε in ejus ore improbat, post quem alter solam conjunctionem δέ dicit. Utrumque vitium tolles legendo:

ἐγὼ δ' ἂν ἐς τὸ βάρ. ἐμβ. σ.

Vs. 578. Post hunc versum excidisse quaedam possunt, ubi altera caupona sese et ipsam abire dixerit advocatum Hyperbolum arcessituram.

Vs. 580. Legi haec et sic poterunt:

οἶδ', οἶδα τὸν νοῦν — παῦε, παῦε — τοῦ λόγου·

ut hic verborum nexus sit: *οἶδα τὸν νοῦν τοῦ λόγου·* et *παῦε, παῦε*, ut fere solet, absolute dictum sit.

Vs. 581. Μηδαμῶς intelligunt: *minime gentium hoc dixeris*; cum sensus sit: *ne, quaeso, non fias*, id est *fieri, quaeso, ne noli, quaeso, fias*; revocato e Xanthiae verbis negativo vocabulo. Sic est mox: *μὴ — — — εἰ δὲ μή*, vs. 628.

Vs. 587. *Αὐτὸς, ἡ γυνὴ, τὰ παιδία, κακῶς ἀπολοίμην.* Non credo talem locutionem usquam haberi.

Vs. 589. *Δέχομαι τὸν ὅρκον.* Nescio, quam bene Bacchi illa verba ὅρκος dicatur. Cogitavi de lectione: *δέχομαι τὸν ὄρνιν, accipio omen* male perituri Archidemi. Sic fere in Pluti est vs. 63,

— κλάειν ἔγωγέ σοι λέγω.
— δέχου — — — τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ.

Vs. 610. Metri vitium et sic tollas:

μάλα γ' ὑπερφυᾶ.

uti et sanandi videntur vs. 103, 744, 750. A veteribus magistris excogitatum istud *μᾶλλ'* (*μὴ ἀλλ'*) iisdem, credo, relinquendum.

Vs. 616. Potest Aristophanes, magis etiam ridicule, scripsisse:

ἀπόκτεινόν γ' ἄγων·

abducas eum atque occidas.

Vs. 624. Μὴ *δῆτ' ἔμοιγε, ne tu mihi* argentum deposueris, nil opus est deposito argento: *οὕτω δὲ βασάνιζε*

ἀπαγαγὼν, *vel sic abductum torque*, etiam non deposito argento abductum torque. Eleganter sic dictum *οὕτως* explicatum ad Androm. 549. Non male scholiastes refert: *ἄνευ τιμῆς. οὐδὲν θέλω ὑπὲρ αὐτοῦ.* Dictione *οὕτως* sic et Dio usus est Chrysostomus Orat. XV. p. 235 B. *διαμφισβητοῦσι περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας οὐκ ἐπὶ δικαστῶν, οὐδὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ, οὑτωσὶ δὲ κατ' οἰκίαν.* Orat. LXVI. p. 613 B. *εἰ δεῖ οὕτως ἀποφήνασθαι φαύλως τε καὶ ἀκόμψως* (ubi *φαύλως τε καὶ ἀκόμψως* fere dictionem *οὕτως* referunt). Orat. LXX. p. 641. D. *οὕτως ὠμῶς ἀνῃρέθη* Agamemnon. Sic et in Comici Conc. 751, *ἐκ παραλλήλου* posita *οὐδὲν πρὸς ἔπος* et *οὕτως*· et in Ran. 88, *οὑτωσί* trahendum ad *ἐπιτριβομένου*, uti fere in Avium est vs. 1116, *οὕτω δίκην δώσετε — κατατιλώμενοι.* — Et ut hoc loco *μὴ δῆτ' ἔμοιγε*, sic est in Conc. 1064 sq.

— *ἀλλ' ἐγγυητάς σοι καταστήσω δύο.*
— *μή μοι καθίστη.*

Vs. 636. *Χὠπότερόν γ' ἂν νῷν ἴδῃς.* Delenda inutilis particula e prava scriptura *χ' ὁπότερον* nata.

Vs. 644. *Οὐ μὰ Δία*, *non hercle* me verberasti. Simulat se non sensisse percussum. Mox Reiskii conjecturam: *οὐδ' ἐμοὶ δοκῶ· et ipse mihi videor non percussisse te:* hujus fabulae confirmat vs. 916.

Vs. 645. *Πηνίκα*; Bacchus quoque sese percussum non sensisse simulat. Aeacus cum dixisset: *ἀλλ' εἶμι ἐπὶ τονδὶ καὶ πατάξω*· continuo Bacchum percussit; qui dolorem quo melius dissimulet, rogat: *quando percuties?* Omnis hujus scenae lepor in eo est, quod servus quae facit, eadem et herus faciat. Quod ille negando, hic simulat quaerendo.

Vs. 654. Recipiam, si codex habeat:

οὐδέ μοι μέλει.

Vs. 658. Haec sic videntur legenda:

Ἄπολλον· — — ὅς που Δῆλον ἢ Πύθων' ἔχεις.

ut Bacchus, dolore victus cum exclamasset Ἄπολλον, continuo, quo id Aeacum celaret, sese reprehendens illa addiderit: ὅς που Δῆλον ἢ Πύθων' ἔχεις· ut nil nisi senarium videretur recitasse. Hoc ni ponas, qui tandem Xanthias, quem Bacchus non latuit dolens, dicere potuit: ἤλγησεν· οὐκ ἤκουσας;

Vs. 663. Hic quoque Πόσειδον legendum et intelligendum, ut modo Ἄπολλον. — Tum et bis hic continuo et solum in ventrem pulsatum Bacchum vides; quam non credas fuisse fabulae didascaliam, si praesertim ea memineris, quae dicta fuere vs. 641 sq. Suspicor, quaedam ex hac scena excidisse. Certe, ut nunc haec habentur, verba: Πόσειδον — — βένθεσιν· percusso in ventrem Xanthiae, ἤλγησέν τις, Baccho dederim, famuli dolorem indicanti.

Vs. 703. Sic haec legas:

κἀποσεμνυνούμεθα,
τὴν πόλιν καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμ. ἐν ἀγκ.

cum praesertim urbem habeamus in mediis fluctibus. Ad verbum ἀποσεμνύνεσθαι repetendum pronomen ταῦτα.

Vs. 742. Omnium est MSS. lectio:

οἴμωζε μέντἄν·

nisi in uno est οἴμωξε, uti solent literae ζ et ξ altera pro altera scribi. Edidit Brunckius ᾤμωξε, legi voluit Porsonus ᾤμωζε. Sic quidem hero malum minitatus fuit Xanthias, quod tamen non fecisse, Aeaci mox verba

declarant, qui, quod ille hic dixit, interpretatur *καταρᾶσθαι* vs. 745: et imprecantis est *οἴμωζε*. Potest *οἴμωζε μέντἂν* Xanthias dixisse: *οἴμωζε μέντἂν ἔφραζον· immo vel pereas ei dixerim, dixissem:* ut hac imprecatione se in herum vel uti audere, vel, si vapulasset, usurum fuisse, jactet. Fugam paraturum fuisse, ceterum eodem sensu *οἴμωζε* dixisse servum, Scholiastes censuit: *τουτέστιν ἔφευγον καὶ εἴων αὐτὸν, οἴμωζε εἰπὼν, εἰ ἔτυψέ με.* Vid et ad Av. 846.

Vs. 747. MSS. edd. *καὶ τόθ' ἥδομαι.* Sed scripsisse Comicus videtur: *καὶ τόδ' ἥδομαι· hoc quoque* faciens *gaudeo, facere amo.* Et dictio *ἡνίκα,* quae praecessit, et rarior verbi *ἥδομαι* constructio fecere, ut *τόδε* in *τότε* abiret. Est hic *τόδε ἥδομαι,* quod modo fuit: *ὅπερ ἐγὼ χαίρω ποιῶν.* In Lysistratae vs. 1246 duo MSS. habent: *ἥδομαι ὑμᾶς ὀρχουμένους·* quae certe speciosa lectio: ubi quod aliunde editum ad supplendos numeros: *ἥδομαι ὑμᾶς ὁρῶν ὀρχουμένους·* justa suspicio est id a correctore ortum esse. Eadem verbum constructione est in Ach. 4, *τί ἥσθην;* ubi vs. 7 est, *ταῦτα ἐγανώθην.* Ad Homeri *νῶϊ γηθήσει,* quod est Il Θ, 377, Eustathius haec citat: *τίς ἂν τάδε γηθήσειεν.*

Vs. 785. Sic legendum:

κἄπειτα πῶς;
οὐ καὶ Σοφοκλέης ἀντελάβετο τοῦ θρόνου;

Nam lecto: *πῶς οὐ καὶ Σοφοκλῆς ἀντελάβετο τοῦ θρόνου; qui factum est, ut non et Sophocles principem locum sibi vindicarit?* ad rogata non aptatum erit responsum. Est *πῶς* absolute dictum, ut huj. fab. 25.

Vs. 789. *Κἀνεῖνος, et ille* (Aeschylus) *voluit ei* (So-

phocli) *cedere de solio*. Quem tamen honorem hunc recusasse ex ipse re patet.

Vs. 814. Sincera est lectio ὀξύλαλον. Verba: *θήγοντος ὀδόντας ἀντιτέχνου* intelligenda sunt absolutus genitivus, et qui dentes acuit Aeschylus est, non Euripides. Illum decet veluti aprum dentes acuere, Euripidem ὀξύλαλον esse: *profecto altisonans ille saevam iram pectore fovebit, ubi istum viderit loquentiam ostentantem, dum adversarius* (ipse Aeschylus) *dentes acuit.*

Vs. 860. Quod legitur: *εἰ τούτῳ δοκεῖ* erit, *si huic* (Aeschylo) *videtur*. Ceterum et in MS. est *τοῦτο*, et Aeschylus mox Baccho rem permittit vs. 869. Nec aemulum Euripidem Aeschyli arbitrii rem fecisse verosimile est. Legam:

εἰ τοῦτό γε δοκεῖ·

quandoquidem tibi ita videtur, ἐπειδή σοι δοκεῖ vs. 869.

Vs. 865. An legendum:

ἐβουλόμην μὲν οὐκ ἐρίζειν ἂν ταδί.

Nam et particulam ἄν adesse vult lingua; nec quidquam Aeschylo causae est, quin *ibi* certamen velit esse. Immo ipsum *istud* certamen nollet inire. In Pacis etiam vs. 67 ἐνθαδί male scriptum videtur pro ἂν ταδί.

Vs. 895. Vera mihi MSS. lectio:

ἔπιτε δαΐαν ὁδόν·

ut vs. 1104.

Vs. 903 sq. Haec Chorus, credo, continuavit, ut Lys. 484 sq. 549 sq. Equ. 758 sq. Vesp. 546 sq. 648 sq. Av. 460 sq. Thesm. 531 sq. Plut. 487 sq. Ran. 1002 sq. Conc. 581 sq. Bene sententiam mutavit de Thesm. 726 sq. Brunckius.

Vs. 909. Legendum videtur e MSS. ἵνα τιν' ἂν ἐκάθιζεν· vel: ἵνα τιν' ἂν κάθιζεν.

Vs. 925. Non tolerandus videtur hiatus οὐδὲ ἕν. Lego:

σαφὲς δ' ἂν εἶπεν οὐδὲν ἄν·

fere, ut Porsonus, qui legebat:

σαφὲς δ' ἂν εἶπεν οὐδ' ἂν ἕν.

Duplicem particulam etiam hoc sensu saepe et Comicus posuit, et ejecere magistri vel librarii.

Vs. 928. Οὐ ῥᾴδιον ἦν. Anapaestum e quarta carminis sede sustulit Porsonus legendo: οὐ ῥᾴδι' ἦν· Elmslejus: οὐ ῥᾴδιον, ejecto ἦν. Ipse cogitavi de lectione: οὐ ῥᾶον ἦν. Atticae dialecti fuisse censetur pro positivo comparativum ponere adjectivi gradum (τὰ συγκριτικὰ πολλάκις ἀντὶ ἁπλῶν λαμβάνει ἡ 'Ατθίς· νεώτερος ἀντὶ τοῦ νέος· Grammaticus apud Koenium post Gregorium p. 316). Sic est οὐ χεῖρον in Equ. 37, ἄμεινον Pac. 1022, ut *melius est* in Plauti Asin. II. 1, 1.

Vs. 930. Hoc quoque carmen anapaestus gravat in quarta sede: quod vitium Porsonus sustulit contracto ἱππαλεκτρυόνα in ἱππαλεκτρύω. Possit et sic:

ὁ ξουθὸς ἱππαλεκτρυὼν ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις.

Vs. 946. Οὐδέν. An legendum οὐδένα.

Vs. 963. Carmen et sic suppleas:

τούτου μὲν ὅδε Φορμίσιος.

de qua lectione vide dicta ad Lys. 678.

Vs. 1032 sq. Non nihili est, quod fere in omnibus MSS. haec sic corrupto metro leguntur:

ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος
ἀπὸ τοῦ τιμὴν ἔσχεν καὶ κλέος, πλὴν τοῦτο — —

quod sic correctum fuit vitium:

ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέος ἔσχεν, πλὴν τοῦτο — —

Verum quidnam istud sermonis est: Ὅμηρος ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέος ἔσχεν, πλὴν τοῦτο, ὅτι etc. Verborum ordinem, quo in MSS. sunt, secutus, carmen sic lego:

ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος
ἀπὸ τοῦ τιμὴν ἔσχεν, τί κλέος, πλὴν τοῦτο — —

dius Homerus undenam honorem, quem nunc tenet, *occupavit? quam gloriam habet, nisi hanc — —?* Potest adscripta glossa: καὶ τί κλέος· fecisse, ut recepta copula pronomen loco cederet. Saepe quidem eleganter a Comico omissam copulam a librariis insertam fuisse, loca docent ad Ran. 517 congesta.

Vs. 1053. Carmen et sic corrigas:

τοῖς ἡβῶσιν δὲ ποιηταί.

Vs. 1142 — 1144 recte Aeschylo dedit Kusterus; nec quidquam nisi operarum errorem arbitror, quod in Brunckii libro Bacchi sunt: quod Bekkerus tamen tenuit.

Vs. 1228. Ἕξω. Sic scribere maluisse Comicum miror, quam ἔχω, ut est vs. 1235, ἔτι γάρ εἰσί μοι συχνοί· cum praesertim mox sit ἕξει.

Vs. 1292. Ut haec sic potius legas, sermonis genius suadet:

ἐκ Μαραθῶνος, ἢ
πόθεν συνέλεξας ἱμονιοστρόφου μέλη;

num e Marathone illa μέλη *collegisti, sin minus, unde ea collegisti?* Vide Thesm. 100.

Vs. 1297. Haec sic potius legenda:

οὗτος δ' ἀπὸ πάντων μὲν φέρει, πορνιδίων,
σκολιῶν — —

hic vero ab omnibus sua petit, a meretriculis, e Meliti scoliis etc.

Vs. 1304. Equidem haec non legam interrogatorio sono.

Vs. 1364 sq. Pariter pronomen abundat in Homeri Iliad. Z. 70,

ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἕκηλοι
νεκροὺς ἂμ πεδίον συλήσετε τεθνηῶτας.

Vide et Pluti vs. 921.

Vs. 1395. Legitur: ποῦ φράσω; *ubi esse dicam?* Sed hoc verbis non inest. Melius, credo, leges:

φέρε ποῦ τοιοῦτο δῆτα μοὔστι; ποῦ; φράσω.

age ubi tale aliquid mihi est? ubi? dicam. Alterum ποῦ; quum dixisset, locus ei succurrit; quem promere parantem (φράσω) Bacchus interpellat vs. 1396 sq. ut quod, absque hoc fuisset, statim dicturus fuit, demum eloquatur vs. 1398. Euripidem in hoc discrimine haud dedecet iteratum ποῦ.

Vs. 1416. In melioribus MSS. edd. est cum metri damno:

ὁπότερος ἂν οὖν.

quod sic sublatum vitium:

ὁπότερος οὖν ἄν·

ut et in recentioribus MSS. est, non plane probante lingua. Quid? si sic legas:

ὁπότερος ἄν νυν.

Vs. 1427. Qui hunc sequitur in veteribus editis libris, in Suidae οὐ χρὴ etc. et in σκύμνος, nec non in uno MS. versus:

μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν·

a Brunckio ac Bekkero ejectus; mihi quidem persuasum est, eum a poëta scriptum esse. Nam nec numerorum elegantiam adesse, quisquam neget, et orationis inest vis in his: *μάλιστα μὲν* — *ἢν δὲ* — *ac maxime quidem* — *sin* —. Nec carminis haec est sententia: *ac maxime quidem non alere leonem;* verum haec: *ac maxime quidem* leoninum illum catulum *non educare leonem*, id est, ut leo evadat; quae satis usitata est ejusmodi verborum, quale *τρέφειν* est, constructio. Unde et mox compositum verbum est *ἐκτραφῆναι*. Et quod in tribus libris MSS. carmen non legitur, facile excidere versus potuit, cujus tres ultimae voces eaedem essent, quae proximi. Immo miraretur, qui multum codices tractat MSS. si nullus scriptus liber non haberet. Adeo saepe in hac re peccarunt librarii. Tales igitur versus excidere posse, facile intelligas; lubidinem quemquam tenuisse cudendi, non item. Quid? quod cum Euripides tres versus recitarit, totidem et Aeschylum depromere decuit? Denique nec hoc nihili est, quod horum versuum mox laudatur *σαφήνεια* vs. 1430, et quod Plutarcho in Nicia p. 199 A. poëta dicitur *μᾶλλον τῇ ὑπονοίᾳ πιέζων*. Sed neque Hermanno facile adsentiar, qui Comico vindicatum carmen Bacchi partibus addi voluit. Pro altero *τρέφειν* propter verborum sententiam legi velim *'κτρέφειν*· nisi forte aures offendat in uno carmine sic geminata *ἔκθλιψις*. Pro *ἐκτραφῇ* denique apud Plutarchum quod legitur *ἐκτρέφῃ*, mihi quidem illa lectio magnopere improbanda videtur; quamvis et Scholiastes sic legisse videri possit, ubi haec scripsit: *ἐὰν δὲ ἀνατρέφῃ*· ni potius scripsit *ἀνατραφῇ*. Nam et praeteritum requiritur verbi tempus; (non enim qui catulum etiam nutrit, ei inservire cogitur, sed qui jam leonem educavit), nec sermo est de leone, quem civis aliquis enutriat, sed qui ab tota civitate enutritus fuerit. Tum citantem auctorem librorum auctoritati anteponere, grave est. — Sed et Valerius Maximus, ubi Aristophanis laudat

altioris prudentiae praeceptum, qui non leoninum catulum, sed leonem nutriri in civitate vetuerit, hunc versum legisse ac dixisse potius, quam 1427 videtur.

Vs. 1446. Legitur:

τἀναντία πράξαντες·

contra comicam artem, quae sic produci brevem syllabam vetat. Sed nec lingua locutionem hic probat. Qui diu prospera fortuna usus adversis conflictatur, is τὰ ἐναντία dicitur πράττειν· qui postquam diu stulte egit, sapienter agere coepit, τὸ ἐναντίον πρᾶξαι. Confer Pluti vs. 14,

ἀκολουθεῖ κατόπιν ἀνθρώπου τυφλοῦ,
τοὐναντίον δρῶν, ἢ προσῆκ' αὐτῷ ποιεῖν·

cum ejusdem fabulae vs. 491,

τοὺς χρηστοὺς — — εὖ πράττειν ἐστὶ δίκαιον·
τοὺς δὲ πονηροὺς — — τούτων τἀναντία δήπου.

Unde hoc loco legendum erit:

τοὐναντίον πράξαντες.

Euripidis est Orestae vs. 936,

τοὐναντίον δὲ δράσετ', ἢ δράσαι χρεών.

Vs. 1491. An legendum: τῆς τρυγῳδικῆς τέχνης. Saepe pro τρυγῳδός male scriptum τραγῳδός, Av. 787, Vesp. 650, 1534, Ach. 375, 473, 603, 851, Pac. 523.

Vs. 1497. Non satis intelligo, Athenas Pluto cur suam urbem dicat; nec satisfacit Scholiastae explicatio. Facile credam, legendum esse: τὴν ὑμετέραν· *vestram* Atheniensium. Vid. Conc. 757, Homer. Od. 10. 525.

IN PLUTUM.

Vs. 17. Vera est MSS. edd. lectio *ἀποκρινομένου* (*τοῦ* Πλούτου). Non id indignatur Cario, quod sibi nihil respondeat Plutus; sed quod herus coecum hominem et ipse sequatur, et se sequi cogat, cum tamen nihil ab eo responsi ferat; quem censendum esse saepius frustra ducem rogasse, qui sit, e vs. 52, 56, acute jam confecit elegantissimus Boissonadius. Ex uno neque optimo illo libro Rav. qui legunt *ἀποκρινομένῳ*, eandem verborum sententiam tenent; tantummodo, qui sic Atticae dialecti proprius est, absolutum genitivum tollentes, vulgarem sermonem sequuntur.

Vs. 71. Deprecantium est post *μή* ac composita adverbia, ubi possunt, particulam *γε* ponere; ut et hic scripsisse Comicus potest:

ἀλλ' αἶρε ταχέως. — μηδαμῶς γ'.

Ubi denegatur, fere particula abest. In Lys. 36 bene a Brunckio e MSS. receptam particulam:

μὴ δῆτα πάντας γ', ἀλλὰ —

eam neglectam non oportuit.

Vs. 148. *Ἴσως* acerbe ab indignante dictum, ut et vs. 158, *αἰσχυνόμενοι ἴσως*, 259, *σὺ δ' ἀξιοῖς ἴσως με θεῖν*, Ran. 224, *ὑμῖν δ' ἴσως οὐδὲν μέλει*, Lys. 763, *ποθεῖτ' ἴσως τοὺς ἄνδρας.*

Vs. 167 sq. Melius, credo, haec sic legentur:

Chr. *ὁ δὲ βυρσοδεψεῖ γ'.* Car. *ὁ δέ γε πω. κρ.*
Chr. *ὁ δ' ἁλούς γε μοιχὸς διά σέ που παρ.*

Primo id suadet duplex γε, si vulgatam lectionem sequaris, in vs. 167, collato praesertim et vs. 165, ubi semel est, et vs. 166, ubi singularum personarum est. Tum herum ac famulum, qui prius singulis versibus sese exceperunt, nunc, ut modo, dimidiis id facere, decorum erit. Denique deprehensi ac pecunia multati adulteri mentionem facere herum decuit, non servum, qui suae conditioni convenienter rem viliorem, cepas, memorat. Mox MSS. edd. lectionem: διά σέ πού παρατίλλεται· ingeniose Brunckius explicat; quae sic scripsisse Comicum posse olim credidi: διὰ σὲ κοὺ παρ.

Vs. 202. Νὴ τὸν Δί'· ἀλλὰ κ. Tollenda diastole post Δία, ut vs. 111, μὰ Δί' ἀλλ' ἀπ. Est una locutio, νὴ τὸν Δί' ἀλλά.

Vs. 222. Legitur:

ἀλλ' ἴθι σὺ μὲν ταχέως δραμών·

quod vertunt: *curriculo curre;* quasi ἴθι δραμών sic Graeca locutio esset. Meliora docere Scholiastae haec verba potuere: τὸ ἴθι ῥῆμα μὲν ὂν μετὰ μέλλοντος μετοχικοῦ συντάσσεται, οἷον, ἴθι ποιήσων τόδε· ἐπίῤῥημα δὲ παρακελευσματικὸν (ὂν), ὥσπερ τὸ ἄγε, μετὰ προστακτικοῦ, οἷον, ἴθι ποίησον τόδε. Unde haec sic legenda erunt:

Chr. ἀλλ' ἴθι, σὺ μὲν ταχέως δραμών — — Ch. τί δρῶ; λέγε.

Chr. τοὺς ξυγγεώργους κάλεσον.

Quod saepe fit, heri verba servus interrumpit: *sed age tu quidem properato cursu — — quid faciam? dic-nostros rusticos arcesse.*

Vs. 245. Οὐκ ἐπέτυχες. Non bene videtur verbum ἐπιτυγχάνειν, *nancisci aliquem*, cum genitivo casu constructum esse. Certe in Nub. 196, *intervenire*,

vs. 527, *offendere* est, dativo casui junctum. In aliquot libris et apud Scholiasten ἔτυχες cum sit, hanc inde feci de vera lectione conjecturam: οὐκ ἔτ' ἔτυχες πώποτε.

Vs. 349 sq. Haec quoque sic legenda, ut lentius respondere parantem Chremylum magni secreti impatiens aequalis interpellet:

Bl. ποῖός τις; Chr. οἷος — Bl. λέγ' ἀνύσας, ὅ τι φ. π. Chr. ἢν μὲν etc.

Dictio οἷος cum infinitivo εὖ πράττειν ἀεί construenda: οἷος, ἢν μὲν κατορθώσωμεν, εὖ πράττειν ἀεί· ἢν δὲ etc.

Vs. 396. Scripsit ad haec egregius vir L. Kusterus: »nam fuit etiam Ποσειδῶν Ἵππιος, cujus noster meminit in Nub. 83." Dixerim, haec frigora dedecere flagantiorem Aristophanis nequitiam. Ut aliud latere credam, Lysistratae facit vs. 139 de mulieribus a muliere dictum:

οὐδὲν γάρ ἐσμεν πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη.

Sic quidem Senex hoc rogaverit: τὸν θαλάττιον λέγεις, ἢ τὸν γυναικεῖον; *num maris illum dominum* (an muliebrem Neptunum) *dicis?* Idem lusit Comicus in Av. 566. Sed et in hujus fabulae vs. 1050 eadem de causa juvenis exclamasse potest, ὦ Ποντοπόσειδον, addito nomine πόντος, ne quis muliebrem illum Ποσειδῶνα dicere putaret. Certe σκάφος, ναυμαχεῖν, νήχεσθαι, Veneris palaestrae nomina fuere. Elegantissimo Platoni primos toros experta virgo πρωτοπλόος dicta fuit. Atque hoc dixisse veterem magistrum credo, ubi monet: παίζει ἐνταῦθα.

Vs. 409. Haec dicentes caveam prospectant.

Vs. 432. Λέγειν ἐχρῆν. Bene pronomen ejecit Hemsterhusius, nec revocatum oportuit. Et a plerisque libris

abest, et in aliis incerta sede est, suppositionis indicium, et ferocius imperatur omisso, quam addito pronomine, et proniores fuere librarii ad inserendum, ubi possent, quam ad negligendum.

Vs. 440. Scribam, quod non dubito, quin in MSS. sit: *παραμένεις*; — *μένεις*; tum quod verbi *μένειν* in talibus praesens tempus ponebant, tum ob sequens *φεύγομεν*. In vs. 1187 bene libri habent *καταμένειν*.

Vs. 539. Legitur: *ἀλλ' ἐπανίστω* quod erit: *sed rebella*. Sic quidem verbum est in Av. 1584. Nam quod verbum intelligunt *ἀνίστασθαι*, *ἐγείρεσθαι*, nusquam, credo, sic est. Quid? si legas: *ἀλλ' ἔτ' ἀνίστω*. Est sic fere vocula *ἔτι* in Nub. 1217,

ἀπόλοιο τοίνυν ἕνεκ' ἀναιδείας ἔτι·

Pac. 1053,

ἆρα φενακίζων ποτ' Ἀθηναίους ἔτι παύσει;

Vs. 573. *Ζητεῖς ἀναπείσειν* insolita nec probanda constructio.

Vs. 578. Recipienda jamdudum fuit praeclara Hemsterhusii emendatio:

οὕτω διαγ. χαλ. πρᾶγμ' ἦν τὸ δίκαιον.

Nam nec abesse articulus potest, ubi adjectivum in neutro singulari pro substantivo adhibetur, et *ἦν* in tali sententia saepe pro *ἔστι* ponitur; plurimum quidem addito *ἄρα*, interdum tamen etiam sine particula. Potest *ἔστι δίκαιον* librarii menti inhaesisse e vs. 490. Potius tamen magistros accusem, qui saepius idem ausi sunt.

Vs. 586. Suaviores multo numeri erunt lecto, *μᾶλλον χρῆν·* quorum lenem cursum dactylus impedit.

Vs. 657. *Εὐδαίμων ἄρ' ἦν.* In morali ejusmodi locutione adesse solet particula *γε·* quam et hic posuisse Comicum persuasum habeo:

νὴ Δί', εὐδαίμων γ' ἄρ' ἦν.

Sententiam probat quorundam librorum lectio:

εὐδαίμων γὰρ ἦν.

Particula plane sic est in Conc. 1134.

Vs. 688. Plenum carminis metrum solae habent membranae:

ὡς ᾔσθετο δή μου τὸν ψόφον·

qui certe non ita jucundi auribus [numeri. Et optimus quamquam liber MS. nimis saepe correctoris manum prodit. Certe in tribus aliis cum carminis damno legitur:

ὡς ᾔσθετό μου τὸν ψόφον·

unde scripsisse Comicum reor:

ὡς αἰσθάνεταί μου τὸν ψόφον·

qua constructione conjunctio est in Equ. 62 sq.

ὁ δ' αὐτὸν ὡς ὁρᾷ μεμακκοακότα,
τέχνην πεποίηται.

ut *ὅτε* in Conc. 826,

ὅτε δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις ἐμφαίνεται,
ὁ Διὸς Κόρινθος·

ut ea sunt in Cod. MS. et *ἐπεί* in Euripidis Hecuba vs. 21 sq.

ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται
ψυχὴ, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη.

Vs. 844. Suspectum de vitio habeo illud *καί·* quod huc tractum esse potest e vs. 848.

Vs. 848. Haec sic leguntur:

Chr. *καὶ ταῦτ' ἀναθήσων ἔφερες οὖν;* Ju. *νὴ τὸν Δία.*
Chr. *χαρίεντά γ' ἥκεις δῶρα τῷ θεῷ φέρων.*

Ceterum ubi simpliciter aliquis ait, hac formula non utitur. Contra ea in morali locutione, qualis hic est, *χαρίεντά γε* etc. saepe *νὴ Δία* praemittitur. Vide modo vs. 657, *νὴ Δί', εὐδαίμων ἄρ' ἦν.* Unde et haec omnia Chremylo danda erunt:

καὶ ταῦτ' ἀναθήσων ἔφερες οὖν; νὴ τὸν Δία,
χαρίεντά γ' ἥκεις δῶρα τῷ θεῷ φέρων.

Vide et Lys. 90,

χαΐα; νὴ τὸν Δία,
δήλη 'στιν οὖσα ταυταγί.

Vs. 865. *Οὗτος* nimis hic languet. Legendum, ni fallor, *οὕτως*, uti adverbium explicatum ad Ran. 624. Vide et ad Equ. 818.

Vs. 876. Quod nunc legitur:

οἴμωζ' ἆρα σύ·

(nam in veteribus libris est *ἄρα*) id linguae leges migravit. Saepe est *οἴμωζε·* an usquam sit, *οἴμωζε σύ*, dubito: *οἴμωζ' ἄρα σύ* certe nusquam habetur. Legendum videtur:

οἰμώξει 'ρα σύ·

ut est vs. 111,

οἰμώξει μακρά·

Nub. 218, *οἰμώξεσθ' ἄρα·* vs. 716, *ἀπολεῖ κάκιστα.*

Vs. 885. Vera videtur vulgata, quae et MSS. edd. est, lectio:

ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.

Dixerat Justus, annulum ostendens: *nil te curo; nam annulum gesto.* Qui quidem annulus viro non ornamento foret (nam emerat drachma), sed remedium mali. Ad quae Chremylus non magis ipsum nomen annulus spectans, quam quod nomen referret, remedium mali: *at*

nullum remedium, inquit, *ei inest adversus morsum Sycophantae.*

Vs. 920. Πονηρόν γ' ἆρα. Lege: πονηρόν τἄρα.

Vs. 934. Νυνὶ βοᾷς. An legendum: νυνὶ βόα.

Vs. 979. Bona est lectio:

— ἐγὼ δ' ἐκείνῳ ταῦτα πάνθ' ὑπηρέτουν.
— τί δ' ἦν — —

Dicere parantem, quaenam illa essent, quae subinde adolescenti suppeditaret, senex interpellans rogat: τί — —. Vide dicta ad Lys. 20. Sed et hac causa non scriptum oportuit ταὐτὰ πάντα. Nam longe alia erant, quae illa amico, quam quae hic vetulae gratificabatur.

Vs. 983. Hic quoque ἐς ὑπ. ut legas et atticus sermo suadet, et carminis numeri.

Vs. 1042. Aristophanis tempore fuere, quibus salutandi formula χαῖρε nimis antiqua videretur, in ejusque locum dicerent ἀσπάζομαι. Vide huj. fab. 322 sqq. ibique schol. Eurip. Med. 663 sq. Sic et in Ranis quum Hercules Baccho antiquius valedixisset: χαῖρε πολλὰ, ὦ ἀδελφέ· hic novo ritu illum jubet ὑγιαίνειν vs. 164 sq. Illa salutatione usus adhuc fuerat vetulae obnoxius juvenis: nunc emancipatus alteram sequitur ἀσπάζομαι. Quam ignorans anicula, cum praesertim ἀσπάζεσθαι esset *amplecti*, *exosculari*; perquam ridicule verbi novitate stupens vel Chremylum vel Chorum rogat: τί φησιν; non tam, *quid dicit?* (nam clara voce dictum audierat) quam, *quidnam istuc verbi est*, ut Terentii verbis dicam e Phormione Act. III. sc. 1. vs. 29.

Vs. 1055. Ποῖ non rogantis est, ubi luderent, sed

conditionem respuentis; uti dictum improbantis est in Lys. 193, ποῖ λευκὸν ἵππον; indignantis Lys. 382, μῶν θερμὸν ἦν; — ποῖ θερμόν; οὐ παύσει; τί δρᾷς; Juvenis tamen respondet, quasi illa rogasset: *ubi ludemus?* Idem est in ποῖος, de quo ad Av. 1233.

Vs. 1078. Numeros et sic suppleas:

οὐκ ἄν ποτ' ἄλλῳ τοῦτ' ἂν ἐπ. ποι.

Vs. 1093. Pro ὑπεπίττουν in lectione ἐπίττουν cum veteribus grammaticis et Scholiaste meliores consentiunt libri MSS.; quae res fere indicat, lectionem, quae editos libros occupavit, a correctore profectam esse. Longe melius illorum lectionem:

ἱκανὸν γὰρ αὐτὴν πρότερον ἐπίττουν χρόνον·

ad metri normam redegit praeclarum Hemsterhusii ingenium:

ἱκανὸν γὰρ αὐτὴν πρότερον ἂν ἐπίττουν χρόνον.

Habes sic mox: ἧκεν γὰρ ἄν σοι γαστρὸς· et τοῦτον αὐτὸς ἂν κατήσθιες, 1143 sq.

Vs. 1202. Εἴ γε, *quandoquidem tu spondes;* non: *si tu spondeas.* Nam et responsum sic a sene oportuit; et senex modo venturum ad eam juvenem spopondit.

IN CONCIONANTES.

Vs. 70. Laxatum in MSS. edd. carmen sic correxi:

νὴ τὴν Ἑκάτην, καὶ καλὸν ἔγωγε τουτονί·

et pulchrum quidem. Exciderat sic καί etiam e Lys. 501.

Vs. 77. Nec usquam sic lectum credo, nec bene Graece dictum: τὸ σκύταλον — τὸ τοῦ Λαμίου τουτί. Scripsit, ni fallor, Comicus:

τὸ τοῦ Λαμίου τουδί·

ut ὅδε est in Ach. 670,

τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ.

Sed et in vs. 184 pro τόν γ' Ἀγύῤῥιόν videant velim viri docti, an legendum sit τόνδ' Ἀγύῤῥιον.

Vs. 160. Ὦ νὴ τὸν Ἀπόλλω verba sunt laudari sese gaudentis. Sic et Cinesias, ubi audivit, ab uxore suas laudes praedicari, ὦ πρὸς τῶν θεῶν exclamat in Lys. 857.

Vs. 239. Bona est MSS. edd. lectio: ταῦτα κἂν πείθησθέ μοι· etsi raro sic copula habetur, quam Latine reddas *vel: sed reliqua*, quae dicere possem, *omittam; vel in his*, quae dixi, *si mihi auscultetis*, *beatam vitam degetis.* Est καί sic fere in Lys. 1048.

Vs. 281. Ἄντικρυς est *protinus*, *recta via;* ita ut non, ut nos, prius, quam eo pergant, huc devertant. Satis bona in cod. Rav. glossa est: ἀντὶ τοῦ αὐτίκα· quae et in Suidae est altero ἄντικρυς· qui in altero tamen Apollodorum Cyrenaeum testem citat, recte poni docentem ἀντὶ τοῦ ἰθὺς καὶ ἐπ' εὐθείας. Sic fere est in Lys. 609, 1069.

Vs. 288. Ἐνδούμεναι MSS. edd. Potest Comicus locutionem posuisse ἐνδεῖσθαι τόλμημα, *audax facinus suscipere;* cum praesertim mulierum audaciae pars fuerit in alligandis sibi barbis. Certe in Vesp. 1160, ubi nomen κάττυμα duplici sensu est et *calceamenti* et *machinationis*, senex verbo utitur ad calceamenta aptato, ὑποδύ-

σασθαι. In recepta Fabri lectione haud gratus auribus cadit anapaestus:

ἐνδυόμεναι κατὰ σκότον τόλμημα τηλ.

Vs. 317. MSS. edd. ὁ κοπραῖος· quod metri gratia cum linguae damno mutatum in κοπρεαῖος, pravam nominis formam. Scripsisse Aristophanem crediderim: ὅδε Κοπραῖος, quam nominis formam libri MSS. praeferunt, vel ὅδε κοπρεῖος, analogiae magis probatum nomen. Quae dicens Blepyrus podicem suum monstarit. Sic certe mox est οὗτος vs. 361.

Vs. 336. Quae sic leguntur:

μὰ τὸν Δί' οὐ γὰρ — —

sic uno tenore legenda:

μὰ τὸν Δί' οὐ γὰρ — —

uti mox vs. 344.

Vs. 377. Totus Blepyro dandus:

ἤδη λέλυται γάρ; νὴ Δί', ὄρθριον μὲν οὖν.

Vide et vs. 328 ubi similiter peccarunt librarii, et dicta ad Plut. 848.

Vs. 385. MSS. edd.

καὶ δῆτα πάντες σκυτοτόμοι. ἠκάζομεν
ὁρῶντες αὐτούς.

qui certe nullo modo tolerandus hiatus. E Suidae σκυτοτόμος (ubi est, certe in edit. Med. κ. δ. πάντα σκυτοτόμοις ἠκάζομεν) legitur nunc in libris:

καὶ δῆτα πάντας σκυτοτόμοις ἠκάζομεν
ὁρῶντες αὐτούς.

Ceterum mireris, si haec vera est plana ac vel tardiori ingenio patens lectio, qui factum sit, ut in prava illa cum libris MSS. veteres impressi conspirarint. Sed neque

quidquam habet, quod librariorum manum labefecerit. Quid? quod additum sic *αὐτούς* nimium quantum languet. Quae omnia faciunt, ut Suidae illam lectionem correctori deberi credam. Forsitan scripserit Comicus:

καὶ δῆτα πάντες σκυτοτόμοι. 'ξηκάζομεν
ὁρῶντες αὐτούς.

Vs. 442 sqq. Κοὔτε — σὲ δὲ —. Contra linguam hoc est: quae vel legi vult, *κοὔτε — σέ τε*, vel, *κοὔτι — σὲ δέ.*

Vs. 444. Δουλεύοντε. Sic MSS. ac veteres editi, quod nulla auctoritate mutatum in *βουλεύοντε.* Sane mireris miseros senes, qui modo tribus obolis, concionali mercede, sese caruisse dolebant, subito senatores factos. Verbum *δουλεύειν* intelligi posse credidi *serviliter agere, facere, quod servi solent;* quos heri res foras efferre amasse e Ranarum patet vs. 751. Ceterum si, quod non negaverim, corruptum verbum est, legi sic posset:

σὲ δὲ κἀμὲ δουλικόν τι τοῦτο δρᾷν ἀεί.

Vs. 455. Vera videtur veterum librorum lectio:

ἐπιτρέπειν σε τὴν πόλιν
ταύταις.

Perquam ridicule Blepyrus Atheniensem populum refert, ut vs. 436 sqq. Codicis MS. lectio:

ἐπιτρέπειν γε τὴν πόλιν
ταύταις·

vel hoc nomine improbanda, quod sic contra linguae genium ad *τί; quid?* respondetur per particulam *γε.* Non perspectum Comicum sal fecisse videtur, ut, ejecto pronomine, inserta particula carminis numeri supplerentur. Si tamen vera MS. lectio, quae Blepyrus rogat, sic erunt legenda:

— τί δῆτ'; ἔδοξε; — ἐπιτρέπειν γε τὴν πόλιν
ταύταις.

Vs. 458. Ἅπαντά τ' αὐταῖς. Sic potius lego: ἅπαντα ταύταις, ut modo vs. 456.

Vs. 514. Carminis vitium et in edd.

κεῖται δὴ πάνθ' ἅπερ —

et in codice MS.

κεῖται δὲ πάνθ' ἅπερ —

sic sanari posse credo:

κεῖται καὶ δὴ πάνθ' ἅπερ —

Certe et facile post ται excidere potuit καί, et loqui sic solent, qui quod faciendum fuit, jam factum ostendunt, ut Lys. 909,

ἰδού, τὸ μέν σοι παιδίον καὶ δὴ 'κποδών.

Vs. 522. Παρὰ τοῦ μοιχοῦ. Articulus interdum adest, unde alienus videatur. Sensus ejus hic est: *ab adultero*, quem tu suspiceris mihi esse. Sic est in vs. 1017, τὴν γραῦν, ut Thesm. 499, ἡ γυνή· vs. 894, τοῦ χρυσίου· Av. 77, τὸ τρυβλίον· vs. 419, τὸν ἐχθρόν· Vesp. 1205, 1416, Equ. 769, 867, Ach. 622, Pac. 65. Quae quidem loca librorum lectionem tuebuntur et in Thesm. 771, ἀλλ' οὐ πάρεισιν αἱ πλάται, *palmulae*, quae Palamedi adfuere, ut in vs. 1013 τὰ δεσμά, *vincula*, quibus Andromeda illa vincta fuit; et in Pac. 253, παραινῶ μέλιτι χρῆσθαι θατέρῳ.

Vs. 532. Numerorum vitium:

ἀλλ' ἔστιν ἐνταῦθά τι κακόν·

bene Hotibius sustulit reposita adverbii forma ἐνταυθί. Idem feceris legendo ἐνταυθοῖ. Saepe diphthongus οι in vocalem α abiit.

Vs. 587. Ἀντὶ ἄλλης ἀρχῆς. Eleganter abundat nomen ἄλλος, ut in Ran. 1162, χωρὶς γὰρ ἄλλης συμφο-

ρᾶς· et Pac. 744, ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων — καὶ τῶν ἄλλων νήσων. Sic et in Euripidis est Medea vs. 298,

χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας.

Ad Herod. l. VII. 50 plura dedi.

Vs. 563. Potest Comicus scripsisse:

μὴ 'φέλῃς μου τὸν βίον.

Vs. 613. Legendum videtur interrogative:

— — δοῦναι· τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μεθέξει ξυγκαταδαρθών;

Vs. 634. Quod hic legitur verbum διαπραξάμενος, id correctori deberi videtur. Certe et codex MS. et Juntae liber habent παραταξάμενος· quae haud inelegans lectio, παραταξάμενος in Veneris campo. Idem fere lusit in verbo πορπακίσασθαι Lys. 106, et ubi nomini ἀσπίδος adjectivum addidit χαλκῆς in Lys. 627. Tum nescio quam aptum rei verbum medium sit, cum activum sit Equ. 93, Plut. 217. Est tamen διαπραξάμενος in Suidae δευτεριάζειν.

Vs. 648. Legam sic: οἰμώζοι τἄν.

Vs. 666. Qui in MS. edd. carmini deest pes, eum alius aliter reddit. Scriptum dedisse Aristophanes potest:

οὐχ ὑβριεῖται Φαῦλος φαύλως οὕτω τῇ γα. κολ.

Solebant Attici, quo adverbii vis augeretur adjectivum addere, ut est in Nub. 546 Eupolis,

ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς.

Vid. et Equ. 189, Lys. 162.

Vs. 687. Tollenda videtur Blepyri persona:

Πρ. μὰ Δί' ἀλλ' ἵν' ἐκ. δ. ὅτῳ δὲ τ. γρ.

μὴ 'ξελκυσθῇ, καθ' ὃ δειπν. τούτους ἀπ. ἅπαντες.
ἀλλ' οὐκ ἔσται —

Marito si in his partes fuere, sic eas egit:

Pr. μὰ Δί' ἀλλ' ἵν' ἐκ. δ. Bl. ὅτῳ δὲ τὸ γρ.
μὴ 'ξελκυσθῇ, καθ' ὃ δειπνήσει; Pr. τού. ἀπ. ἅπ.

Ubi tetrametri anapaestici dimetris mutantur, eadem persona fere illos claudit, hos incipit. Vid. Ach. 634, Equ. 546, 821, Nub. 438, 996, Vesp. 619, 719, 1051, Pac. 749, Av. 523, 723, Thesm. 814, Lys. 532, Plut. 598, Ran. 1074. Argumentum quae infringere posse videantur, adduci possint loca Av. 611, Lys. 598; nec tamen infringent. Tum istud decernere: τούτους ἀπελῶσιν ἅπαντες· solam facti ducem decuit.

Vs. 720. Αὗται MSS. edd. contra loci sensum; pro quo Brunckius dedit ἔχωμεν αὐταί. Inverniz. μὴ ἔχωσιν αὗται. Quid? si legas ἀσταί (αἱ ἀσταί). Pro αὐταί in Thesm. 541 bene e MS. recepta lectio ἀσταί.

Vs. 736 sq. Haec sic legenda videntur:

μελαίνεται·
ἵστω παρ' αὐτήν. δεῦρ' ἴθ' ἡ κομμωτρία.

Ut ollam jusserit *juxta eam adsistere*, cinachyram dixerit, seu diphrophorum. Nam in comica hac pompa diphrophori partes egerit olla (ut dixerit: ubinam est diphrophorus? exi huc olla, ut diphrophori munere fungare), an diphrophorus et olla duae personae prodierint, non nimis patet. Commotria tantum jubetur procedere.

Vs. 739. Dictio ἐνταῦθα absolute posita est: *hydriam huc adfer, hydriaphore; hic*. id est, hic eam statuas.

Vs. 766 sqq. Sic leguntur:

ὅτι τὸ ταττόμενον ποιῶ;

τὸ ταττόμενον γὰρ δεῖ ποιεῖν τὸν σώφρονα
μάλιστα πάντων.

Quae pulchra sane atque reipublicae utilis sententia; ceterum Euripidis cothurno magis et porticu, quam comica lascivia et Aristophanis procaci ingenio digna: qui sic, credo, haec acta voluit:

Ἀν. ά. ὅτι τὸ ταττόμενον ποιῶ;
Ἀν. β΄. τὸ ταττόμενον γὰρ δεῖ ποιεῖν τὸν σώφρονα;
Ἀν. ά. μάλιστα πάντων. Ἀν. β΄. τὸν μὲν οὖν ἀβέλτερον.

ut jamdudum haec legenda censui; ac nunc video in Bekkeri libro jam esse, nulla mutatae personae in adnotatione facta mentione.

Vs. 773. Λέγουσι vertunt *praedicant.* Possis et intelligere *legunt, convasant.*

Vs. 791. Σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις. Eleganter sic dictum adverbium πολλάκις: *si forte, quod saepe accidit, terrae motus fiat;* sive Virgilii sermonem imitari velis: *si saepe terrae motus fiat.* Nam latine quoque sic locutus est praeclarus poëta:

ac veluti magno in populo cum saepe coorta est
seditio,

Aen. I. l. 148; ut fere et Terentius dixit Phormione Act. II. sc. 2, vs. 10 sq.

verum hoc saepe, Phormio,
vereor, ne istaec fortitudo in nervum erumpat denique.

Eodem sensu est πολλὰ πολλάκις in hujus fabulae vs. 1105,

ἐάν τι πολλὰ πολλάκις πάθω·

si, quod persaepe accidit, perierim. Sic fere est ἀεί Av. 590.

Vs. 810. Αὐτοῖσιν. An αὐταῖσιν.

Vs. 841 sq. Miraris, credo, quid sit, quod unguentariis mulieribus negotium datum fuerit miscendi vini potius, quam pincernis. Ceterum corruptum locum esse, et ex hoc absurdo patet, et e codicis lectione MS. Reg.

κρατῖνα συγκιρνᾶσιν· αἱ μυροπώλιδες
ἱστᾶσ᾽. ἐφεξῆς τὰ τεμάχη ῥιπίζεται.

Unde quae Comicus scripsit facile petas:

κρατῆρα συγκιρνᾶσιν· αἱ μυροπώλιδες
ἑστᾶσ᾽ ἐφεξῆς· τὰ τεμ. ῥιπ.

craterem miscent (quorum ministerii id fuit); *ordine juxta adstitere unguentariae* (convivas uncturae); *piscium* etc. Ubi ut *συγκιρνᾶσιν* absolute dictum, sic *λέγουσιν* est in Vesp. 892, et *ὁ δ᾽ ἀνεῖπεν* in Ach. 11. De impugnata lectione, *κρατῆρα συγκιρνᾶσιν*, pro quo e Dawesii sententia legendum sit *κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν*, judicium non interpono. Est praeclari viri ingenio digna conjectura; ceterum potest Comicus memorato cratere, quantus neque est, neque esse potest, risum captasse.

Vs. 926. Quamcumque obscura ac personis turbata haec scena est (vs. 877—951), id satis constat, verbum, *οὐκ οὖν ἐπ᾽ ἐκφοράν γε*, a vetula, quae jam quasi sepulcrum est, adolescenti mulieri dici non potuisse. Non nisi anui dici potuit; quae, cum nimis jam usu detritum id verbum esset, mulieri, a qua id audierat: *καινόν γε*, *quaeso*, *novi aliquid*, inquit. An igitur adolescentis mulieris ea fuere? at obstat ingestum ab anu convicium, *ὦ σαπρά·* an alterius anus? Alii videant.

Vs. 973. Pro *θρέμμα* Suidas quod bis habet *θρύμμα*, minus probandum videtur ob sequens *Τρυφῆς*.

Vs. 980. Post hunc versum aliquot videntur intercidisse.

Vs. 998. Καὶ γὰρ ἐγὼ σέ. Bene haec sic leguntur. Dixerat juveni anus: *scio, scio, quid velis;* ad quae hic: *namque et ego, ecastor, quid tu velis, scio.* Graece tam dicitur, οἶδα ὅ τι βούλει, quam, οἶδά σε ὅ τι βούλει. Illud anus secuta est, hoc juvenis. In Luciani dialogo Menippi, Aeaci, Pythagorae etc. Menippus Aeaco: οἶδα ταῦτα, inquit, καὶ σὲ, ὅτι πυλωρεῖς. Idem fere est in Comici Ach. 319 sq. ἀλλὰ νῦν λέγε, εἴ τί σοι δοκεῖ, τόν τε Λακεδαιμόνιον αὐτὸν, ὅτι τῷ τρόπῳ σοὔστι φίλος.

Vs. 1056. Οὐκ ἐμέ γ', ἀλλ' ἔμπ. Particula, quam lingua adesse non vult, ejicienda, auctore, qui unus hanc fabulam habet, codice MS.

οὐκ ἔμ' ἀλλ' ἔμπουσά τις.

Orta videtur e correctione ad plurimorum librorum lectionem adscripta:

ἀλλ' ὁ νόμος ἕλκει. — οὐκ ἔμ' ἀλλ' ἔμπ. τ.

qua hiatus iste tolleretur. Voculae οὐκ ἀλλά sic inter sese junctae Latinorum referunt *immo.*

Vs. 1078. Potest et hic versus ut duo sequentes adolescentis fuisse.

Vs. 1101. Anum λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις ἔχουσαν intelligo, cujus os vultusque mortuae paria sunt. Mortuis ληκύθους adponi solitos, patet vel ex huj. fab. vs. 538, 1032. Idem fere dicit, ubi dubitat, anus sit ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων, vs. 1073.

Vs. 1141. Qui verbum τυγχάνειν sic sine participio poni potuisse negant, huic lectioni fortasse aliquid tribuent:

καὶ τῶν θεατῶν ᾧ τις ὢν νοῦς τυγχάνει.

Vs. 1150. *Ἔχω δέ* in MS. ortum videtur e proximo versu *ἐγὼ δέ.* Legas sic: *ἔχω γέ τοι.* Tum *καλῶς* intelligo *opportune.* (Terent. Phorm. IV. 3. 74).

IN NUBES.

Vs. 75. Pro *τῶν χρημάτων* Scholiastes cognitam habuit aliam lectionem *τῶν ῥημάτων.*

Vs. 96. Scholiastes: *σύνοδός τις καὶ θᾶκος σοφῶν. θᾶκος δὲ καλεῖται ὁ τόπος ἀττικῶς ἔνθα πολλοὶ συνέρχονται σκεψόμενοι.* Vides magistrum nomen et interpretantem, et Atticae dialecto vindicantem, quod in Comici verbis nunc non comparet. Sed nec elegans locutio, *ἐνταῦθα ἐνοικοῦσιν·* nec habitabant ibi Socratici, sed meditationum sedem habebant. Possunt haec olim sic lecta fuisse:

ἐνταῦθα θακοῦσ' ἄνδρες.

Vs. 103. Sic lege potius:

αἰβοῖ, πονηροί γ'. οἶδα, τοὺς etc.

Vs. 114. Spurius versus huc retractus e vs. 873.

Vs. 269. Vera MS. lectio:

τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν·

uti vel e Conc. 788 suppleri carminis metrum potuit:

τῆς μωρίας·

τὸ μηδὲ περιμείναντα — —

Sic fere est, οὐδὲ πυνθάνεσθε, Equ. 1299, ἰὴ ἰή, ὅτ' οὐδὲ μέλλεις, Pac. 195, ἀλλ' οὐδὲ θύσιμός ἐστι, Ach. 749, οὐ δεινὰ, μὴ 'ξεῖναί με μηδ' ἑορτάσαι; Ach. 1043.

Vs. 278. Bene legitur in MSS. edd.

δροσερὰν φύσιν εὐάγητον·

qui accusativus est appositionis, quem sic latine reddas: *quae est rorifera nostra natura.* De constructione exposui ad Androm. 289. Sic et Comicus dixit: ταύτης ἐπίχειρα, ἔξοδον ηὔλησεν, in Vesp. 581 sq. ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν, τὴν Δήμητρα κελαδεῖτε, Ran. 382 sq. ut et intelligas, πλευμόνων πολὺν πόνον, Ran. 828, et Plut. 493, βούλημα etc. Euripidis Herc. Fur. 673,

οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας
Μούσαις συγκαταμιγνὺς,
ἡδίσταν συζυγίαν·

quae dulcissima est copulatio: sic leguntur in Dionis Chrysostomi Orat. XXXII. p. 393 C.

μὴ παυσαίμην τὰς Χάριτας Μούσαις
ἀναμιγνὺς, ἁδίσταν συζυγίαν.

Vs. 328. Possit et legi interrogative, ut vs. 339.

Vs. 330. Legam e MSS.

οὐ γὰρ, μὰ Δί', ἀλλ' ἴσθι —

immo scito.

Vs. 366. Ποῖος Ζεύς; non rogantis est, qualem Jovem senex dicat; sed indignantis, eum Jovem credere: *quid, malum, Jovem narras?* Nomen ποῖος sic est Plut. 392, 1046, Ran. 350, Lys. 730, 922, 971, 1178, Vesp. 1202, 1369, 1378, Equ. 162, Ach. 157, 762, quod Duckerum fefellit in Plut. 1046. Idem hic rogans dicit Socrates, quod mox negans, οὐδ' ἔστι Ζεύς.

Vs. 370. In vulgata lectione:

καίτοι 'χρῆν αἰθρίας ὕειν αὐτόν·

nominis *αἰθρία* media est producta syllaba, quod fieri licuisse non credo, cum praesertim bis correptam dederit Comicus: etsi scio in nomine proprio *'Ακαδημία* huj. fab. vs. 992 idem esse. Nam Plut. 511 et Conc. 663 jam dudum emendati fuere. Nec dubito, quin et nomen *'Ακαδημία* ibi ex interpretatione nata sit. Hoc loco vulgarem nominis formam ortam suspicor a magistro ac correctore, quorum ille exquisitae nominis formae vulgarem substituerit, hic gravatos sic numeros levarit; quam adeo fuisse credo *αἴθρη*. Scripserit sic Comicus:

καίτοι 'χρῆν κἀξ αἴθρης ὕειν αὐτόν·

(sive sic scribendum censeas *κἠξ*) quae nominis forma in Avium est vs. 778,

κύματά τ' ἔσβεσε νήνεμος αἴθρη.

Notum oraculum est, a Scholiaste etiam memoratum, quo Myscellus jussus fuit urbem condere, *ὅπου ἂν αὐτὸν ἐξ αἰθρίας ὑετὸς βάλῃ·* quod oraculum ubi sic mutatum alter magister dedit: *ὅπου ἂν αὐτὸν ὑετὸς καταλάβοι αἰθρίας οὔσης·* unde tot MSS. lectio venerit: *καίτοι 'χρῆν αἰθρίας οὔσης*, jam scias. Pro *ἐξ αἴθρης* cum interpretamentum in textum venisset *αἰθρίας οὔσης*, gravato sic carmine, ejecto *οὔσης*, neque vocula *καί* locum tenere potuit. Et verborum sententiam diligenter accurateque perpendenti facile patebit, quo Socrati disputandi ratio bene procedat, copulam *καί* a verbis abesse non posse. Non enim id dicit Sophus, si Jupiter esset, qui plueret, debere eum, quum serenum coelum esset, tum pluviam facere; sed debere eum non solum coelo nubibus obducto, sed *etiam* sereno pluere. Quod quidem in dictione *numquam* est apud Lucretium l. VI. 399 sq.

denique cur numquam coelo jacit undique puro
Jupiter in terras fulmen sonitusque profundit?

Sed et hoc pro conjectura pugnat, quod non Aethria, sed Aethra mulieris nomen fuit; nec non quod, in sereno coelo quod fit, id non tam fieri dicitur *αἰθρίας*, quam *ἐξ αἰθρίας*. In Suidae *Σύλλας* quidem legitur: *ἐξ ἀνεφέλου τοῦ ἀέρος καὶ αἰθρίας πολλῆς ἦχον ἀκουσθῆναι*· ut in Homeri est Il. Π. 365, *αἰθέρος ἐκ δίης*· atque Herodotus l. I. 87, l. VII. 188, *ἐξ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης*· Cratinus dixit, *ἐξ αἰθρίας — ἀστράψω*, apud Mich. Apostol. Cent. X. 77. Dio Chrysost. Or. IV. p. 71 C. *ὅταν ἐκ τοῦ αὐτοῦ νέφους ὕῃ τε καὶ λάμπῃ ἥλιος*. In Euripidis Medeae vs. 105 olim, ut spero, veram probabo lectionem: *αἴθρης ἐξ αἰρόμενον νέφος οἰμωγῆς*.

Vs. 420. *Γαστὴρ θυμβρεπίδειπνος* non est venter, cui sola thymbra cibus est, sed cui unum opsonium est thymbra, uti Persis illis adolescentibus, quum venatum exissent, unum opsonium erat nasturtium. Hunc nominis sensum indicat, quae in ipso est, praepositio *ἐπί*.

Vs. 477. *Σχέτλιος* nomen equidem traham ad *ἐπιλήσμων πάνυ*· *ego pravus nimis sum obliviosus*. Nec morum pravitatem dixisse credam, sed mentis, quae in ipso esset memoriae defectu.

Vs. 516. *Ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν*. *Φορτικοὺς* istos *ἄνδρας* intelligunt, Scholiasten secuti, judices. Potest et ipsos poëtas Comicos dixisse, qui per ejusmodi indecoras res (quas ipse dicit vs. 530 sqq.) caveae favorem sibi conciliarent. Quod quidem magis probabunt Vesp. 66, Pac. 732, Plut. 796. Nomen *φόρτος* ipse Aristophanes interpretatur *πονηρὰ σκώμματα* vs. 534. Erunt sic *ἄνδρες φορτικοί*, quos Scholiastes dicit (ad vs. 530) *φορτικῶς χαριεντιζομένους*.

Vs. 530. Οὐδὲν ἦλθε. Errat Scholiastes eumque secutus Suidas, ubi παρέλκειν hic τὸ δεν docet, in οὐδὲν ἦλθε etc. Saepe sic Graeci uno pronomine οὐδέν duas separatas voculas οὐ — τι comprehendunt. Sic est mox in vs. 646, τούτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν, id est, οὐκ ἐπ. μαν. τι τούτων· vs. 961, ὅπως — μηδὲν δείξειαν, quod est, ὅπως μὴ δείξειάν τι· in Euripidis Medea vs. 344, οὐδὲν προτιμᾷ μηχανήσασθαι τέκνοις, quod est, οὐ προτιμᾷ μηχανήσασθαί τι τοῖς τέκνοις. Ac sic optimi scriptores persaepe.

Vs. 534. Ἀφανίζων non ad proximum nomen trahendum πρεσβύτης, sed ad ipsum Comicum, ubi sese per virginem dicit non σκῶψαι τοὺς φαλακροὺς οὐδὲ κόρδακα ἑλκύσαι· *non inrisi*, inquit, *calvos*, *neque cordacem saltavi, ejusmodi prava atque indecora scommata a scena removens.*

Vs. 542. Duplex est hujus carminis lectio, altera in MSS. edd.

κοὐκέτ' αὖθις ἐμπεπηδήκ' αὐτῷ κειμένῳ·

ita tamen, ut pro κοὐκέτ' αὖθις in aliis sit κοὐκ ἐσαῦτις vel ἐσαῦθις· pro ἐμπεπήδηκα in duobus ἐπεπήδησα· quodque maxime memorabile est in uno omissa copula, οὐκ ἐσαῦτις. Quam quidem lectionem secutus non facile carmen ad justos numeros redegeris. Altera lectio est in Suidae ἐμπηδῆσαι·

οὐκ ἐτόλμησ' αὖθις ἐμπηδῆσαι αὐτῷ κειμένῳ·

unde a correctore orta lectio MS. Rav.

κοὐκ ἐτόλμησ' αὖθις ἐπεμπηδῆσ' αὐτῷ κειμένῳ·

nec elisa bene diphthongo (quod si vel hic illic tolerandum, ubi libri consentiunt, certe contra majorem auctoritatem non tenendum) nec probato sic post αὖθις decomposito verbo ἐπεμπηδῆσαι, cum praesertim Suidas

carmen citarit, ut doceret, verbum ἐμπηδῆσαι quo sensu esset. Equidem veram habeo Suidae lectionem ita, ut, quae carmini deest syllaba, e MSS. reddatur ἔτι, et elisae diphthongi incommodum tollatur:

κοὐκ ἐτόλμησ' αὖθις ἔτ' ἐμπηδῆσαι τῷ κειμένῳ.

Vs. 661. Sic lege:

τῷ τρόπῳ;

ἄῤῥενα καλῶ 'γὼ κάρδοπον;

ut salva lingua responderi possit per particulam γε. Tum bene vetus magister vs. 664 interrogative pronuntiari voluit.

Vs. 666. Legitur:

ἀλλ' ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ γ' ἀνεμάττετο.

Ceterum legendum videtur:

ἀλλ' ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ γ' ἂν ἐμάττετο·

solebat μάττεσθαι, uti saepe particulam ἂν librarii oblitteravere. Vid. ad Plut. 1093. Ceterum μάττεσθαι herus dicitur quamquam pauperculus, *servum jubere* μάττειν, ut huj. fab. vs. 778, ματτόμεθα τἄλφιτα' cum servis dicatur μάττειν in Pac. 14, 23, et metaphorice Equ. 55, Av. 463.

Vs. 684. Quod legitur:

οὐδὲν, μὰ Δί'· ἀλλὰ κ.

si teneas, roganti seni: ἀτὰρ τί ταῦτα μανθάνω; Socrates responderit: οὐδὲν, μὰ Δία· quod certe non est studium suum laudantis. Immo legendum uno tenore:

οὐδὲν μὰ Δί' ἀλλὰ κατ.

Saepe sic habetur οὐκ ἀλλά, *immo*. Idem hic dicit οὐδὲν ἀλλά, ut saepe οὐδέν simpliciter οὐ. Sic fuit modo in adfirmatione, νὴ τὸν Δί' ἀλλά, vs. 642. Vid. et ad Conc.

336. Similiter in huj. fab. vs. 1209 legendum erit: *μὰ τὸν Δί' οὐ γὰρ* etc.

Vs. 686. Corruptam MSS. lectionem sic emendaverim:

μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ', ἐνθαδί γ'· ἀλλ' εἴ γε χρή.

Solet sic post *μὴ δῆτα* particula poni, ut in Euripidis Medeae vs. 337,

μὴ δῆτα τοῦτό γ'· ἀλλά σ' αἰτοῦμαι, Κρέον.

Nec ita probandae congestae particulae *εἴπερ γε.*

Vs. 759. Sic haec leguntur:

Str. *ἔγωγε.* So. *Φέρε, τί δῆτ' ἄν;* Str. *εἰ ταύτην λαβών, ὁπότε* etc.

Verum ubinam sic rogatum: *Φέρε τί δῆτ' ἄν;* Facile, credo, semel monitus omnia seni danda videbis:

ἔγωγε, Φέρε, τί δῆτ' ἄν, εἰ ταύτην λαβών, ὁπότε etc.

So. *hyalum dicis?* Str. *rem tenes. age, quid si, hoc sumto, quum scriba* etc. *literas delerim?* Potest error natus esse e ducta post *τί δῆτ' ἄν* lineola, quae abruptam orationis constructionem et suppressum verbum indicaret. Passim sic voculae habentur *ἄν, εἰ*, ut huj. fab. 109, Conc. 735 alibi, inprimis huj. fab. 155,

τί δῆτ' ἄν, ἕτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους
Φρόντισμα;

Vs. 773. Legitur:

οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι.

Et sunt, quae docere videantur, Attice interdum pro *διδάσκειν* dictum fuisse *διδάσκεσθαι.* Certe in Comici Pluto vs. 687 legitur:

ὁ γὰρ ἱερεὺς αὐτοῦ με προὐδιδάξατο.

Quod saepius est apud seriores scriptores. Ceterum facile fuit Aristophani ad linguae legem scribere:

οὐκ ἂν διδάξαιμέν σ' ἔτι.

Sed et erit fortasse, qui sic legi malit:

οὐκ ἂν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι

vel:

οὐκ ἂν διδάξει' ἄν σ' ἔτι

ut duplex ἄν in Avium est vs. 127,

ποίαν τιν' οὖν ἥδιστ' ἂν οἰκοῖτ' ἂν πόλιν;

ac saepius.

Vs. 802. Ταχέως φιλεῖ γάρ πως. Habetur hic illic in Aristophaneis conjunctio γάρ demum post duo vocabula; nec ita tamen, ut encliticam voculam habeat, uti hic. Unde dictio ταχέως potius ad verbum ἀπολάψεις trahenda erit:

ἀπολάψεις, ὅ τι πλεῖστον δύνασαι,
ταχέως· φιλεῖ γάρ πως —

Tacitus l. I. Hist. c. 7, *servorum manus subitis avidae et tanquam apud senem festinantes.*

Vs. 950. Pro μηδέν' receptum oportuit e duobus libris MSS. μηδέν.

Vs. 997. Inaudita nec probanda locutio: πρὸς τούτοις προσέχῃς τὸν νοῦν. Praepositio videtur hic adverbialiter posita, ut in Ran. 610, Equ. 576, Lys. 628. Possit et πρὸς τούτοις intelligi *praeterea*, ut locutio προσέχειν τὸν νοῦν nude posita fuerit: *ac praeterea animum adtendas.* Illud tamen sequi malim.

Vs. 1019. Librorum MSS. de lectione discordia hanc, credo, probabit conjecturam:

καὶ μὴν πάλαι 'γὼ πνίγομαι τ. σπλ. κἀπιθυμῶ.

Bene adest, quod arrogantem ac confidentem deceat, pronomen. Et solet Comicus dictionem *πάλαι* sic cum praesenti verbi tempore constructam dare, ut Lys. 1164, Av. 49, 465, 921, 1626. Vesp. 317, 320. In Equ. 236 pro *ξυνώμνυτον πάλαι* e Moschopulo bene editum *ξυνόμνυτον*.

Vs. 1035. Legi et posset: *ταῦτ' ἔστι ταῦτ' ἐκεῖνα·* *haec ipsa illa sunt, haec eadem illa sunt, quae* etc. Tum, quod mox est, *ἅ*, non accusativus is casus est, quem verbum regat *λαλεῖν*, sed nominativus, subjectum verbi *ποιεῖν*.

Vs. 1048. E corrupta MSS. lectione eandem feci, quam Reisigius, de vera lectione conjecturam:

Ὑπέρβολος δ' οὑκ τῶν λύχνων.

Ut in Avium est vs. 13,

οὑκ τῶν ὀρνέων
ὁ πινακοπώλης Φιλοκράτης·

οὑκ Μελίτης μαστιγίας Ran. 502, *οὑκ τῶν Κρωβύλου* Amynias Vesp. 1267. Hyperbolus si vendendis lychnis multorum talentorum rem fecisset, quidnam ei fuisset opprobrii? Immo multa talenta in suam rem convertit *διὰ τὴν πονηρίαν*, *sua improbitate.* Et quis est, qui tam dives factus est? estne de nobilioribus? Immo Hyperbolus iste est e taberna, ubi lychni veneunt. Contemtum indicat illud, *ὁ ἐκ τῶν λύχνων*, die kerel uit den lampenwinkel.

Vs. 1049. Improbatur anapaestus in sexta iambici carminis sede. In nonnullis libris est: *ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ μάχ.* Suspicor, incertam olim fuisse voculae *οὐ* sedem, cum in aliis libris sic posita esset: *ἀλλ' οὐ μὰ Δία μάχ.* in aliis sic: *ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ μαχ.* lectionem, quae postea libros insedit: *ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μαχ.* quod persaepe factum, e duabus illis conflatam fuisse.

Vs. 1093. *Οἶαν*. Legam *οἷον*. Legit tamen *οἶαν* et schol. ad vs. 1143.

Vs. 1100. Verba *ἐκ τῶν δικαίων* jungenda videntur verbo *κερδανοῦσιν· τοὺς κρ. ἃ κερδανοῦσιν, ἤν τι τ. τ. Χ. ὠφελῶσ', ἐκ τῶν δικ.* quid lucri facturi sint recte ac juste.

Vs. 1137. Legi posset: *κᾂν παρεῖεν χίλιοι*, vel mille adfuerint testes. Librorum impressorum lectio, *κᾂν παρῶσι*, in nullo MS. est: quorum quidem lectio, *κᾂν παρῆσαν*, sive *κᾂν* intelligas *καὶ ἐάν*, seu *καὶ ἄν*, contra linguam est.

Vs. 1183. *Εὖγ'. ὦ κακοδαίμονες, τί* etc. *Εὖγε* dicens filium collaudat. Tum ad foeneratores apostrophen facit.

Vs. 1190. *Χοῖον* dictum pro *καὶ ὅτι τοῖον· beatus es, qui et ipse sapias, et talem filium domi habeas.* Sic et pronomen est vs. 1142.

Vs. 1209. Scholiastes citat: *νὴ τὸν Δία.* Qui error inde natus, quod haec sic legerentur:

μὰ τὸν Δί'· οὐ γάρ πω τ. ἐξ.

Nam arguenti foeneratori: *ac per deos, hercle, te redditurum jurasti;* Strepsiades si id separatim fateri voluisset, sic loqui debuisset: *νὴ τὸν Δία.* Sed respondetur sic fere per solam conjunctionem *γάρ*, suppressa vocula *οὐ* vel *ναί*, prout res poscit: cum, si Deus invocetur, ad eandem rationem addatur vel *μὰ τὸν Δία*, vel *νὴ τὸν Δία.* Veluti hoc loco, si Strepsiades quae negative dixit: *nondum enim filius meus didicerat τὸν ἀκατάβλητον λόγον·* positive sic dixisset: *nam tunc etiam filius ignorabat istum logum;* respondere debuisset per *νὴ τὸν Δία·* nec ita tamen, ut hoc per se dictum esset, sed ut sequentibus jungeretur. Bene haec docuit alter magister: *πρὸ τοῦ μὰ τὸν Δία τὸ ναὶ*

λαπτέον ἔξωθεν οὕτως· καὶ ὤμνυον· οὐ γὰρ ἠπίστατο; μὰ τὸν Δία, ὁ Φειδιππίδης καὶ τὰ ἑξῆς. Unde patet et non recte haec sic dedisse Bekkerum:

μὰ τὸν Δί'· οὐ γὰρ etc.

et semper in talibus uno tenore verba legenda esse, dictione μὰ Δία vel νὴ Δία ad sequentia relata.

Vs. 1214. Ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε. Neque ἵνα adverbium temporis est (quod nusquam sic apud atticum scriptorem est), neque correcto opus. Est ἵνα loci adverbium, *ubi* (ἵνα ἄν, *ubicumque*), ut bene explicat vetus magister ὅπου· *ubicumque te jurare jussero*. Multum interest, in templo ad numen quis juret, an in profano loco. Si corrupta lectio est, sic potius legam:

ὃν ἂν κελεύσω 'γώ σε·

per quemcumque Deum ego te jussero. Saepe sic pluralem nominis numerum pronomen sequitur in singulari.

Vs. 1253. Κακῶς ἄρ' εἶχες dictum pro κακῶς ἔχεις, ut et in Equ. 1166. Sic et ἄρ' εἴχετο valet ἔχεται Lys. 31, ἄρα προὔφειλες, quod est Vesp. 3, προὐφείλεις, ἄρα ἐγίγνετο, quod in Vesp. 664, γίγνεται. Omissa adeo particula, ut εἶχον est Pac. 142, εἴχομεν Lys. 1184. Sic est ἦν pro ἔστι Pac. 1038, Ach. 533, Av. 1488, Conc. 877. Nam Pac. 514, οὐ γὰρ εἶχον, huc referas, an ad ea loca, ubi ἄρα addita particula, cum in conjunctione γάρ particulae γε ἄρα insint, dubites. Sed in fragmento Gerytadae IX bene legitur ᾠχεῖσθ' ἄρα, nec id motum oportuit.

Vs. 1283. Sola vera cod. MS. lectio: ἔμελλον ἄρα σε κιν. ἑ.

Vs. 1316. Legam, si liber MS. habeat:

ἐγὼ 'ποδείξω.

Vs. 1319. Ποίων λόγων; non rogantis est: *quorumnam logorum?* quippe cum suo damno eos cognoverat; sed indignantis, ut pronomen est huj. fab. vs. 336. Ceterum idem hic tenendum de ποῖος, quod de adverbio ποῖ in Plut. 1055: pronomen a patre hoc animo dictum esse; ceterum filium respondere, quasi altero sensu dictum esset. Idem est in Av. 1233 sq.

Vs. 1320. Sententia verborum haec est: *profecto curavi, ut disceres justis contradicere, si persuasurus mihi es, bonum ac justum esse, a liberis parentem pulsari.* Nec ulla his inest, quod vetus criticus putavit, εἰρωνεία, nec, quod Brunckius censuit, subaudienda dictio ὀρθῶς.

Vs. 1334. Ἤδη λέγειν χρὴ πρὸς Χορόν. In libris et verbum χρή sedem mutat, quod suppositionem indicare solet, et legitur πρὸς τὸν Χορόν. Ac certe articuli hinc absentiam aegre patitur linguae genius. Scripsisse videtur Comicus:

ἤδη λέγειν πρὸς τὸν Χορόν.

qui infinitivus erit pro imperativo, quem Comici sermo amat. Vide Ach. 245, 965, Pac. 1119, Ran. 133, 169, Thesm. 157, Lys. 158, 536, Vesp. 386, Nub. 432, 840, 1063.

Vs. 1400. Potest Comicus scripsisse:

εἰκὸς δὲ μᾶλλον τοὺς γέροντας τῶν νέων τι κλάειν·

quibus adscripta glossa: ἢ τοὺς νέους· textum occuparit. Ceterum docte acuteque e lectione trium MSS. ἢ τοὺς νεωτέρους· hanc elegantissimam eruit praeclarus vir Hermannus:

εἰκὸς δέ τοι γέροντας ἢ νεωτέρους τι κλάειν.

Saepe adverbium μᾶλλον, eleganter a poëtis omissum, a

magistris insertum fuit. Id quidem non dubium, articulum poëta quin in utroque nomine aut omiserit, aut addiderit.

Vs. 1409. De quarta iambici carminis sede anapaestum tollendum jam Porsonus censuit. Et est, qui hoc consilio *ἀλέκτορας* legit pro *ἀλεκτρυόνας*. Idem et sic agas:

σκέψαι δὲ τόν τ' ἀλεκτρυόνα, καὶ τ. τ. β. τ.

vel sic:

σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας, ἢ τ. τ. β. τ.

Vs. 1424. Corruptum in libris carmen sic correxeram:

τί μ' ἐκ τούτων ἔτ' ὠφελήσεις;

Ceterum bona MSS. lectio:

τί μ' ἐκ τούτων ἐπωφελήσεις;

Vs. 1426. Vel duo hi versus cum Brunckio et Hermanno unus efficiendus tetrameter; vel pro *ἧττω* legendum *ἥττονα*.

Vs. 1460. Recte in MSS. est *ἐξέβαλλον*. Ejici sic poterit importuna copula.

IN AVES.

Vs. 10. — *σύ που.* Legi et posset: — *σὺ, ποῦ;*

Vs. 16. Conjeci: *ἐν τῶν ὀρνέων*, ut est *ἐν Κλωπιδῶν* Equ. 69. Potest *ἐκ τῶν ὀρνέων* ortum esse e vs. 13.

Vs. 24. Sic, credo, legendum:

οὐ ταὐτὰ κρώζει, μὰ Δία, νῦν τε καὶ πάλαι;

Saepe sic qui indignantur rogantes respondent, ut in Equ. 1389,

πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτεόν; — οὐ γὰρ ὁ Παφλαγὼν
ἀπέκρυπτε ταύτας ἔνδον;

Sic et huj. fab. vs. 1526 sq. Ach. 550 sq. Plut. 856 sqq. Vesp. 836 sqq. 1299 sq. In quibus quidem locis addita, quae orationis vim augeat, ut in citato Equitum versu, vocula *γάρ*. Ut hic, sine vocula Comicus dixit in hac fabula vs. 922,

οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ;

Quum Euelpides rogasset: *neque cornix quidquam dicit de itinere?* Pisthetaerus si negasset, *οὔ·* qui alter e socio quaerere potuit: *quid igitur dicit de itinere?*

Vs. 57. Sic potius legas:

τί λέγεις; αὕτας, τὸν Ἔπ. παῖ καλεῖς;

Nam ubi *οὗτος* sic est, numquam post verbum ponitur.

Vs. 91. Legam: *οὔ τἄρ' ἀφῆκας.*

Vs. 109. Corrupta librorum lectio sic sanari possit:

μάλα γε θατέρου τρόπου.

Solet sic qui rogatur, ajat seu neget, respondere per particulam.

Vs. 143. Sic lego:

ὦ δειλακρίων σὺ τῶν κακῶν, οἵων ἐρᾷς.

quod sit, *ἕνεκα τῶν κακῶν, οἵων ἐρᾷς.*

Vs. 150. *Ὅς οὐκ ἰδών.* Verborum constructio quae

sit, non video. Scholiastes: πλεονάζει τὸ δέ, inquit. Potius sic legam: ὅσ' οὐκ ἰδών· ut ὅσα fere est in Thesm. 910,

Men. Ἑλένῃ σ' ὁμοίαν δὴ μάλιστ' εἶδον, γύναι.
Hel. ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων.

Nub. 433,

οὐ γὰρ τούτων ἐπιθυμῶ
ἀλλ' ὅσ' ἐμαυτῷ στρεψοδικῆσαι.

Vs. 161. Ob productam primam voculae ἆρα syllabam legam interrogative:

ὑμεῖς μὲν ἆρα ζῆτε νυμφίων βίον;

Vs. 190. Legam, si MS. habeat, θύωσιν.

Vs. 192. Spurius versus est repetitus e vs. 1218. Etenim si tale quid hic addere voluisset, scripsisset, credo:

διὰ τῆς πόλεως τῆς ὑμετέρας.

Qui, quaeso, quisquam coloniae conditorem monere hoc potest: *non transitum dabis per urbem alienam*. Idem censuit ad vs. 1218 Dindorfius.

Vs. 288. Legi et sic posset: οὑτοσί; κατωφαγᾶς. fere ut vs. 299.

Vs. 318. Pro ἀφίκονθ' e corrupta MS. lectione ἀφῖχθαι non receptum oportuit ἀφῖχθον. Manifestum vitium ortum e vs. 320.

Vs. 342. Sic haec legenda videntur:

Pi. τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων
κάρτα. Eu. πῶς; Pi. κλαύσει γὰρ, ἢν ἅ. γ. τὼ. 'κκοπῇς;

Vs. 371. Legi velim: τόν γε νοῦν. εὖ φ.

Vs. 382. Pro χρήσιμον legendum credidi, quod jam Dindorfius, χρησίμων. Ille postea sententiam mutavit, non ego. Nam et ἔστι in talibus absolute ponitur, et falsa sententia est: *utile est sermones audire.* Probat nunc Chorus antea repudiatum ab Epope dictum:

διδάξοντές τι δεῦρ' ἥκουσιν ὑμᾶς χρήσιμον.

vide et Lys. 639.

Vs. 452 sqq. sic legendi videntur:

σὺ δ' ὅμως λέγε μοι,
(τάχα γὰρ τύχοις ἂν
χρηστὸν ἐξειπών) ὅ τι μοι παρορᾷς, ἢ
δύναμιν τίνα μείζω,
παραλειπομένην ὑπ' ἐμῆς φρενὸς
ἀξυνέτου, σὺ δὲ τοῦθ' ὁρᾷς· λέγ' ἐς κοινόν·

attamen dic tu mihi, (nam forsitan utilia dixeris) quidnam in me, quod me latuerit, cernas, vel quamnam majorem (vel *majorem aliquam*, si legas δύναμίν τινα) *facultatem, quam stulta mea mens praeterviderit, tu autem cernas; dic ut ambo sciamus.* Ob longiorem mediam orationem in iis, quae Pisthetaerum Chorus hortatur: σὺ δ' ὅμως λέγε μοι — ἐς κοινόν· verbum λέγε repetitum fuit.

Vs. 484. Legendum videtur:

ἦρχέ τε Περσῶν πρότερον πάντων Δαρείου κ. Μ.

quod sit per hyperbaton dictum: *regnavit omnibus Persis ante Darium et Megabazum.* Vid. vs. 569.

Vs. 535. Eleganter abundat dictio ἕτερος, ut vs. 1525, Ran. 781, Vesp. 1221.

Vs. 575. Ἶριν. Scholiastes: ὅτι ψεύδεται παίζων· οὐ γὰρ ἐπὶ Ἴριδος, ἀλλ' ἐπὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἥρας·

αἱ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι.

Ac saepius sic de Homero erratum. Nec mirum tamen, fuisse, pro Ἶριν qui Ἥρην legi vellet. Equidem nescio, an versus hinc exciderit, ubi Iris dicta fuerit et ipsa alata fuisse, cum Junonem, non alatam, Homerus tamen similem dixerit τρήρωνι πελείῃ. Certe haud minus, quam Victoria et Amor, Junonis illa nuntia alis gestiit. Nec Comicum credibile est, cum Iridem, quod omnes scirent, contendere posset, plane alatam fuisse, satis habuisse Homerum testem citare, qui eam columbae similem dixerit; cum praesertim in hac ipsa fabula cum alis proditura in scenam esset. Facile de duobus versibus, quorum alter inciperet a nomine Ἶριν, alter ab Ἥρην, librarius unum, aberrantibus oculis, omittere potuit.

Vs. 576. Haec libri Epopis personae addiderunt, qui sic metum ostenderit, ne Jupiter aves fulmine perderet. Quod si sequaris et contra scenae decorum, et Comici morem, nihil ad ea respondetur. Quid? si Euelpidi versu dato pro πέμψει legatur πέμπει·

ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν οὐ βροντήσας πέμπει πτερόεντα κεραυνόν;

Sic quidem, quae Pisthetaerus docuit, socius confirmarit addito hoc argumento: quid est, quin Dii sint, qui alas gestant, *cum ipsum fulmen, quod supremus Jupiter tonans in terras mittit, volucre sit*; nec opus sic fuerit responso.

Vs. 579. Pro ἐκ τῶν ἀγρῶν, quae lectio carminis numeros corrumpit, legendum videtur, ἐκ τῶν ἀγορῶν· quam quidem lectionem veram probat, quod mox est, verbum μετρείτω. Non enim in agris, sed in foris Athenis frumentum civibus ἐμετρεῖτο (Acharn. 522). Erant Athenis duae frumentariae ἀγοραί, civium altera (ἡ ἀστική), altera inquilinorum (ἡ ξενική). Ceterum antiquum jam vitium esse, quod versum insedit, e Suidae

patet μετρείτω, ubi citatis his verbum μετρείτω interpretatur παρασχέτω.

Vs. 600. Recte corruptum habitum carmen violatae caesurae lege. Verosimile fit, verbum λέγουσι vel a peccanti librario ortum esse, vel ex adscripta glossa in textum illatum genuinum verbum exterminasse:

τῶν ἀργυρίων. οὗτοι γὰρ ἴσασ' — γέ τοι τ. π.

Ceterum quodnam verbum fuerit, quod Comicus scripserit, haud facile quisquam certo dixerit. Reisigius cogitavit de ὑμνοῦσι, Elmslejus de ᾄδουσι, ego de αὐχοῦσι.

Vs. 602. Πωλῶ γαῦλον. Nullus, credo, locus est, in quo ita, uti hic, omissus articulus est: quam modo emi *onerariam navem.* Potest γαῦλον ex adscripta glossa natum esse, Comicus aliud nomen, veluti τὴν ναῦν, dedisse.

Vs. 604 sq. Bene haec sic dedit Kusterus:

σάφ' ἴσθι.
ὡς ἄνθρωπός γε — —

certo scias (qui prospera fortuna utatur, bene valere); *quandoquidem* etc. quae a Brunckio ac Bekkero sic mutata:

σάφ' ἴσθι,
ὡς ἄνθρωπός γε — —

pro certo habeas, hominem etc. uti passim Graece est ὡς, nusquam ὡς — γε. Tum observandum nomen ὑγίεια ultima longa syllaba, ut et πλουθυγίεια est in vs. 731, quod tamen Brunckius ac Bekkerus sic scripsere πλουθυγιείαν. Cur minus idem hic faciendum fuit, ut scriberent ὑγιείαν; Ceterum idem observatum in ἄνοια in Euripidis Androm. 509.

Vs. 608. Scripsisse Comicus potest: παρὰ τοῦ; — παρ' ὅτου;

Vs. 611 sq. Hanc feci de emendando metro conjecturam:

οὐ γὰρ πολλῷ; πρῶτα μὲν οὐκέτι
ναοὺς ἡμᾶς οἰκοδομεῖν δεῖ.

Vs. 645. Θριῆθεν. Scholiastes aliam lectionem novit Κριῶθεν, qui Κριὸς δῆμος fuerit τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς· tum γράφεται δὲ καὶ Θριῆθεν, inquit, οἷον ἀπὸ δήμου τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. In vocabulo Θριῆθεν lascivum Comici ingenium dixisse credo nomen θρῖα, quorum qui usus fuerit docebunt Conc. vs. 707 sqq. collato Ach. 158. Similis fere lusus est in Conc. 362, ubi Ἀχραδούσιος est, ab ἀχράς perquam ridicule deductum nomen. Sic et in hujus fabulae est vs. 1077, Φιλοκράτης ὁ Στρούθιος, vs. 1126, Προξενίδης ὁ Κομπασεύς, in Lys. 852, Παιονίδης Κινησίας, in Ran. 428, Σεβῖνος ὁ Ἀναφλύστιος. Lectionem Κριῶθεν conjecturam esse suspicor ejus, qui vel nequitiam, quae in vocabulo Θριῆθεν esset, non caperet, vel demum Θρίαν non nosset; quem tamen memoravere Photius p. 94, et Stephanus Byz. in Θρία.

Vs. 685 — 736. Numnam haec Lusciniae partium fuere?

Vs. 718. Abundat nomen ἀνδρός, ut in Euripidis Androm. 467.

Vs. 728. Ὥσπερ χὠ Ζεύς. Chorus si dixisset ita sese facturum, ut facere Jupiter soleret, bene sic locutus foret, ὥσπερ καὶ ὁ Ζεύς (ut ὥσπερ χἠμεῖς est in Lys. 528, ὥσπερ καὶ Κλεώνυμος in Nub. 663); ubi facturum sese negat, quod ille soleat, nullus est copulae locus. Unde legendum hic videtur:

ὥσπερ γ' ὁ Ζεύς·

ut est in Vesp. 172, Equ. 713, Nub. 663, Lys. 583,

uti mancum carmen Reisigius sanavit. In Ran. 1156 bene legebatur, ὥσπερ γ' εἴ τις· nec ejectam probo contra librorum vocem particulam. Scholiastes quidem hic citat, ὥσπερ ὁ Ζεύς· ut in multis de illis locis particula ab aliquot librariis omissa est.

Vs. 793. Ὅστις τυγχάνει intelligunt, *quisquis ille sit.* Sic quidem verbum τυγχάνειν absolute dictum erit, quod tamen fieri licuisse, gravissima negat doctorum virorum auctoritas. Melius hunc tenebis verborum nexum: εἴ τις ὑμῶν ἐστὶν, ὅστις τυγχάνει μοιχεύων· *si quis vestrum est, qui cum aliena uxore stupri consuetudinem habeat.*

Vs. 812. Mancum carmen et sic legas:

φέρ' ἴδω, τί δ' ἡμῖν ὄνομ' ἔπεσται τῇ πόλει;

Vs. 819. Legam partim e vetere libro:

Pisth. χαῦνόν τι πάνυ βούλει; Νεφελοκοκκυγίαν.

ut et in vs. 804 sq. simul rogat ac respondet.

Vs. 820. Corruptum et hoc in MSS. edd. carmen sic corrigi possit:

καλὸν τόδ' ἀτεχνῶς καὶ μέγ' εὗρες τοὔνομα·

quod Graece dictum sit hoc sensu: καλὸν ἀτεχνῶς καὶ μέγα τόδε τὸ ὄνομα ἐστὶν, ὃ εὗρες.

Vs. 828. Sic haec legam:

τί δ'; οὐκ Ἀθηναίαν ἐῶμεν Πολιάδα;

quid? nonne etc.? Ut est vs. 1025,

τί; βούλει δῆτα — —;

ubi similiter erratum in excudendis veteribus libris. Conc. 762,

τί δ'; οὐχὶ πειθαρχεῖν με τοῖς νόμοισι δεῖ;

Vs. 845 sq. Paulo obscurior verborum sensus. Hoc videtur Euelpides dicere: *at tu hic remanens mitte ad me illud οἴμωζε.* Nam qui ista me facere jubes, idem facis, ac si mihi dicas *οἴμωζε.* In Terentii Andria locus est, quo depromto, quae sit de hoc loco sententia, magis patebit. Pater ibi Pamphilo apud forum dixerat: *uxor tibi ducenda est, hodie, para.* Qui istas nuptias morte pejus oderat, Mysidi rem narrans adolescens: *id mihi visus est pater,* inquit, *dicere, abi cito et suspende te.* Sic fere et hic a Pisthetaero ridicule istos labores perferre jussus Euelpides: *at tu,* inquit, qui ista me jubes, *nihil est, quin ad me mittas οἴμωζε·* nam qui talia me jubes, videris et οἰμώζειν jubere.

Vs. 860. Τουτὶ τί ἦν; τουτὶ, μὰ Δία etc. Est orationis non ita rara anacoluthia. Verba orditur dicturus: τουτὶ, μὰ Δία, ἐγὼ οὔπω εἶδον· cum interpositis his: πολλὰ δὴ καὶ δεινὰ ἰδών· eo devenerit, ut dicat: οὔπω κόρακα εἶδον ἐμπεφ.

Vs. 912. Οὐκ ἀλλά· *immo.* Sic legendum: non οὐκ, ἀλλά.

Vs. 946. Pro ξυνίημι bene jam Brunckius legi voluit ξυνῆκα· quae medicina etiam Stratonis carmini facienda apud Athenaeum l. IX. p. 382 C. ὅσ' ἂν λέγῃ ξυνῆκα, et Philemonis apud eundem l. XIV. p. 659 B. οὐδὲ ἓν, ὧνπερ λέγει, ξυνῆκα. Id hic restat vitii, quod ὅτι scribitur, quasi conjunctio esset: ξυνῆκα, ὅτι βούλει τὸν χιτωνίσκον λαβεῖν· *intelligo, te velle tuniculam accipere.* Quae non est legitima verbi constructio. Immo pronomen est ὅ τι· *intelligo, quid velis,* nempe, *tuniculam accipere.*

Vs. 957. Putavi Comicum scripsisse: ταύτην πεπύσθαι τὴν πόλιν· ut πεπύσθαι passive dictum esset.

Vs. 1017. Conjeci:

ὡς οὐκ οἶδ' ἂν, εἰ φθαίης ἄν.

De qua positione particulae egi ad Med. 939, et Andr. 79. Sic fere et Lucianus locutus in Timone T. I. p. 140, καὶ σὺ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι ὁμολογήσειας· de morte Peregrini p. 346, ἀλλ' οὐκ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι βουληθείητε.

Vs. 1021. Ποῦ Πρόξενοι; Dubium non est, quin interdum articulus absit, ubi addi debuisse videatur. Hic tamen vehementer offendit ejus absentia, ut scripsisse Comicum facile crediderim:

οἱ Πρόξενοι·

ut Proxenos ad sese prodire jusserit. Sic est in Ach. 54, οἱ τοξόται, vs. 789, οἱ ἀγορανόμοι. Ac saepe heri servos sic vocant, ut Ran. 40, 271. Vid. et Av. 1628, ὁ Τρίβαλλος.

Vs. 1078. Sanandum sic carmen videtur:

ἢν δὲ ζῶντά γ' ἀγάγῃ, τέτταρα.

ut jam sanavit Dindorfius. ἢν δὲ — γε, *sin autem*, *at si.*

Vs. 1119. Elegantissime adest vocula ὡς, quae Pisthetaeri referat impatientiam mirantis, nondum adesse nuntium. Sic fere et nos dicimus: *maar dat er* etc. Cum loco Euripidis conferas Medeae vs. 1113—1117.

Vs. 1143. Est hic verbum medium ἐμβάλλεσθαι, jubere ἐμβάλλειν, ut artifices, cum anseres ipsi dicantur, ut opifices, ἐμβάλλειν vs. 1146.

Vs. 1144. Sincera est lectio. Copula καί hic est Latinum *vel: hoc vel sagacissime fuit repertum.*

Vs. 1151. Pro τὸν πηλόν vide an legendum sit καὶ πηλόν.

Vs. 1208. Unus MS. ac veteres impressi contra metrum legunt:

ἄτοπόν γε τουτὶ τὸ κακόν·

quod vitium in duobus MSS. et recentioribus editis sic correctum:

ἄτοπόν γε τοῦτο τὸ πρᾶγμα.

Ceterum nec nimis eleganter, quae modo τουτὶ τὸ κακόν dixit, mox iterat τοῦτο τὸ πρᾶγμα· nec si vera lectio τοῦτο τὸ πρᾶγμα, unde in praestantissimum librum MS. ac veteres editos τουτί venerit, scias. Nullae fere voculae saepius a librariis soni, quo efferebantur, similitudine permutatae fuere, quam τοι et τι. Jam fac scriptum a Comico:

ἄτοπόν γέ τοι τὸ πρᾶγμα·

pro particula τοι scripto τι·

ἄτοπόν γέ τι τὸ πρᾶγμα·

quum supra τι corrector scripsisset τοι sic:

τοι
ἄτοπόν γέ τι τὸ πρᾶγμα·

facile qui hunc codicem describendum haberet librarius, non metri correctionem, sed omissam voculam putans, eo devenit, ut scriberet:

ἄτοπόν γε τουτὶ τὸ πρᾶγμα·

quod in duobus MSS. ad metri legem reformatum sic fuerit:

ἄτοπόν γε τοῦτο τὸ πρᾶγμα.

Equidem veram illam lectionem habeo, quam et Porsono placuisse video.

Vs. 1217. Κᾄπειτα δῆτα. Non credo has dictiones sic inter sese jungi potuisse. Legam:

κᾄπειτα τῇδ᾽ οὔ.

Vs. 1233. Ποίοις θεοῖς; *quosnam tu Deos mihi narras?* Pronomen ποῖος cum indignatione dictum, ut Nub. 366. Ceterum, ut in Nub. 1319, hic quoque aliter, ac rogatur, respondetur. Qui praeter aves nullos Deos credi vellet, Pisthetaerus: ποίοις θεοῖς; inquit: *quid tu, malum, Deos narras*, quibus sacra facienda sint? cum Iris, quae Deos esse in coelo sciret, hominis impietatis etiam ignara, verba accipiat, veluti si roget, quosnam illa Deos dicat, atque sic ad ea respondeat.

Vs. 1281. Ἐλακ. ἄπ. ἄνθρωποι τότε, ἐκόμων, ἐπ. Adverbium τότε melius trahes ad verbum ἐκόμων etc.: ἐλακ. ἄπ. ἄνθρωποι, τότε ἐκόμων, ἐπ.

Vs. 1327. Pisthetaero dandus videtur:

Ch. φερέτω κάλαθον ταχύ τις πτ.
σὺ δ' αὖθις ἐξόρμα.
Pisth. τύπτων γε τοῦτον ὡδί.
Ch. πάνυ γὰρ etc.

Nam nec, si Chorus illa quoque loquitur, qua vi particula γε adsit, scias, et stropha sic et antistropha etiam personis inter sese convenient. Sed et hoc vide, quam bene Chorus Pisthetaerum jubeat Manen istum pulsare ὡδί, quod solum dicere ipsum par est, qui pulsat.

Vs. 1352. Καὶ πάντ' ἔχειν intelligunt: *et omnia ejus bona habere.* Immo est locutio, πάντα ἔχειν, *voti plane compotem factum esse, habere, quae quis cupiverit.* Sic est in vs. 1543, ubi Pisthetaero Prometheus: *si tu Basileam a Jove uxorem acceperis*, ἅπαντα ἔχεις· curiosiori Anacreontis columba quum, quae sciret, omnia narrasset, ἔχεις ἅπαντα, inquit.

Vs. 1361. Ἐπειδήπερ ἦλθες εὔνους, πτερώσω σε. Legi haec et sic possent: ἐπ. ἦλθες, εὔνους πτερώσω σε.

Vs. 1381. Vera videtur lectio, *λιγυμοχθος ἀηδών*· quae et dithyrambicum colorem refert, quem hic riserit Comicus; nec aut per librarii errorem, aut a magistri audacia oriri potuit.

Vs. 1467. *Ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος.* Solent sic Graeci, ubi vel cui id increpatur jam abiit, vel sermo ad alteram personam fit, nominativum casum ponere. Male igitur et Suidas in *ἀπολιβάξεις* scripsit *ἀπολούμενε* (qui bene in *οὐκ ἀπολιβάξεις* alterum tenuit) et referunt hoc ad Atticam dialectum, quae vocativo casui terminationem dederit nominativi. Sic est in Vesp. 187, 900, alibi.

Vs. 1530. Legenda et haec, ne voculae *ἄρα* prima longa syllaba sit, ut roget Pisthetaerus:

Pi. *ἐντεῦθεν ἆρα τοὐπιτριβείης ἐγένετο;*
Pr. *μάλιστα πάντων.*

Vid. Conc. 767 sq.

Vs. 1542. Legendum videtur:

ἅπαντά τἄρ' αὖ.

Vs. 1572. Triballus: *ἕξεις ἀτρέμας;* Miraris, credo, Triballum hic bene Graece loquentem, qui mox tam foede *βαρβαρίζει.* Immo Neptunus illa continuavit, Triballo malum minitans, nescio quid paranti vel turbanti.

Vs. 1598. Bene legitur: *ἐάν τι δίκαιον ἀλλὰ νῦν ἐθ. δρ.* Nam quae e Scholiastae paraphrasi petita lectio est: *ἐὰν τὸ δίκαιον*, improbanda ea est ob sequens *τὰ δίκαια.* Conferas cum his Terentii Phorm. IV. 3, 32, *si tu aliquam partem aequi bonique dixeris.*

Vs. 1614. Receptae hic e MSS. particulae *γε τοι*, sic congestae a loci sensu alienae sunt. Vel legam cum

viris doctis ταυταγί, vel recipiam e MSS. unum τοι· ταῦτά τοι καλῶς λέγεις.

Vs. 1620. Μισητίαν possit intelligi accusativus appositionis: *quae est invidiosa, odio digna agendi ratio:* de quo ad Nub. 278.

Vs. 1626. Pro πάλιν legam πάλαι, quod certe in vs. 1672 retineri par fuit.

Vs. 1644. Σοῦ γὰρ ἄπ. Molliores numeri forent lecto, σὰ γὰρ ἄπ.

Vs. 1656. Editorum veterum codicum lectio est:

νόθῳ 'ξαποθνήσκων·

trium recentiorum:

τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων·

cum in Scaligeri notis legatur: » νόθῳ 'ποθν. Vet." scriptum, an typis expressum codicem dixerit, incertum. Aldino suo libro posthabito etiam Kusterus edidit, τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων. quem et Brunckius secutus; neuter scriptorum suorum librorum, quod tamen operae fuit, indicata lectione; in quibus esse credo: νόθῳ 'ξαποθνήσκων. Altera lectio Scholiastae atque Harpocrationi deberi videtur: quorum ille lectionem memorat: γράφεται νοθεῖα ὡς πρεσβεῖα· cum hic locum ita citet, ut legerit: τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων· quam lectionem Pollucem quoque in suo Comici exemplari habuisse, inde conjicias, quod Aristophanem testem citat, ubi docet, τὰ νοθεῖα *pecuniam esse nothis dari solitam.* Nec tamen veram esse hanc lectionem posse, e Pisthetaeri verbis patet: ἀλλ' ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐᾷ. qui quidem, si Hercules ex eo quaesisset:

τί δ', ἢν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων;

illud certe mentitus foret. Licebat enim Athenis patri morienti notho filio pecuniam dare, quae *τὰ νοθεῖα* dicebantur, quae mille drachmas non excederent (*μέχρι χιλίων δραχμῶν*). Igitur quod in plerisque editis, atque, ut videtur, in scriptis libris est, verbum *ἐξαποθνήσκειν* cum pravae notae sit, unice vera videtur, quae Scaligero nota fuit lectio:

νόθῳ 'ποθνήσκων.

Sic quidem roganti Herculi: *quid? si pater mihi notho, quam relinqueret, pecuniam* (*τὰ χρήματα*) *legaret* (*τὴν δὲ ἀρχὴν τοῖς γνησίοις*, ut bene Scholiastes Herculis verba supplet); Pisthetaerus, *per legem id ei non licere*, vere responderit. Et de omni pecunia sermonem hic esse, non de mille istis drachmis, e versu patet 1658, *ὁ Ποσειδῶν*

ἀνθέξεταί σου τῶν πατρῴων χρημάτων.

Qui enim legitimus filius, mortuo patre, paterna bona (*τὰ χρήματα*) vindicat, non potest patrem vetare morientem notho filio per manus dare, quod lex sinit (*χρήματα*).

Vs. 1669. Pro *αἰτίαν* bene e MSS. recepta lectio *αἰκίαν*. Ceterum vide, an id nomen sic legendum sit *ᾄκειαν* (*ἀείκειαν*). Pro *δέμας ἀεικέλιον* in Euripidis Androm. 130 scribi voluit metri ratio *ᾀκέλιον*· pro *ἀεικῶς* in Sophoclis El. 102, *οὕτως ᾀκῶς οἰκτρῶς τε θανόντος.* Nec fuit, cur Hercules fingeretur, comperto jam, sese, a patre tribulibus non adscriptum, nothum esse, *αἰκίαν βλέπων.* Cuinam, quaeso, verbera minaretur? non enim patri Jovi? Potius credo, eo vultu Herculem fuisse, quo et sunt, qui, cum aliquos spiritus gessissent, subito se demissos esse comperiunt; et qui, cum magna sperassent petissentve, foede spe ausisque exciderunt. Ceterum ut hic Herculem Pisthetaerus nuntiato malo rogat: *τί δῆτα ἄνω κέχηνας;* sic in Plauti Cistellaria, servus lenam cum edocuisset, quae haec nunquam fore opinata erat, rogat:

quid nunc supina susum in coelum conspicis?

Act. II. sc. 3, vs. 78. Ac nescio, an Homeri illud de Thersite dictum, quum ab Ulysse sceptro percussus esset, huc adduci possit, ἀχρεῖον ἰδών.

Vs. 1679. Corruptum sine dubio verbum βαδίζειν corrigendum credidi:

εἰ μὴ βαταρίζοι γ', ὥσπερ αἱ χελιδόνες.

Verbum βατταρίζειν sic est in Dionis Chrys. Or. XI. p. 158 B. οἱ δέ τινες αὐτῶν βατταρίζουσι καὶ ἀσαφῶς λέγουσιν· ubi vide, quae scripsit Morellus. Suidas: βατταρίζειν, μόγις λαλεῖν. Forma βαταρίζειν, quam metrum hic requirit, ejusdem fere generis erit, atque καχάζειν, ἀπλακεῖν, τιθασευτής, aliae. Quid? quod ipsam hanc formam Eustathius agnoscit ad Iliad. B. p. 278, 17, ὡς καὶ τὸ βαταρίζειν. Ex antiquis scholiis ad hunc locum haec etiam nunc supersunt: οὕτω δὲ αὐτό φησι βαρβάρως καὶ δυσφράστως. Ceterum hoc teneri velim, ut in desperato loco factam de lectione conjecturam esse. De εἰ μὴ — γε, quod valeat ἀλλά, vide ad Thesm. 898.

Vs. 1686. Legitur:

ἐς καιρὸν ᾶρα κατεκόπησαν οὑτοιί.

Verum et in libris fere est ἄρα, nec posse sic videtur particula prima syllaba longa esse. Scripsit, credo, Comicus:

ἐς καιρὸν ἄρα καὶ κατεκόπησαν οὑτοιί.

Facile καὶ ante κατ excidere potuit.

Vs. 1689. Placet prae altera librorum lectio:

ὀπτᾷς σὺ κρέα;

tune, Hercules, carnes asses?

Vs. 1709 sq. Leguntur haec sic:

οὔθ' Ἡλίου τηλαυγὲς ἀκτίνων σέλας
τοιοῦτον ἐξέλαμψεν·

quae sic, credo, melius legentur:

οὔθ' Ἡλίου τηλαυγὲς ἀκτίνων σέλας.
τοιοῦτον ἐξέλαμψεν.

Ut *Ἡλίου σέλας* ad verbum *ἔλαμψε* reducatur, et qui *τοιοῦτον ἐξέλαμψε*, Pisthetaerus sit. Nec nimis eleganter dictum: *οὔτε ἀστὴρ ἔλαμψεν — οὔτε Ἡλίου σέλας ἐξέλαμψεν·* praesertim ubi tragicum sermonem soccus praetendit; nec scio, an bene Sol dicatur *ἐκλάμπειν*.

IN VESPAS.

Vs. 62. *Κλέωνα* dicit suam fabulam Equites, ut in Nub. 521, *ὁ Σώφρων χὠ Καταπύγων* Comici sunt *Δαιταλεῖς*. Et *ἔλαμψε* fere hic est, quod illic *ἄριστα ἠκουσάτην*.

Vs. 77. Pro *ἀρχή* legam *ἀρχή·* pro *αὐλητρίς* vs. 1219 *αὐλητρίς*. Vs. 79 *χρηστοὶ ἄνδρες* sunt *ingenui, nobiles*, ut *γεννάδας* in Ran. 737 sqq.

Vs. 78. Bene legitur: *ὁδὶ—Σωσίας*. Ad spectatores conversa oratione Xanthias: *ecce*, inquit, *Sosias Dercylo narrat*. Non alium Sosiam dicit, quam suum conservum; quem probe gnarum, herus quo morbo laboret, ut vel famosum potatorem, vel improbum cauponem Dercylum traducat, huic facit narrantem, *φιλοπότην* herum fuisse. In scholiis quod legitur: *δύο δέ εἰσι Σωσίαι, ὁ μὲν — ὁ δὲ —*, id quidem vel ipse magister erravit, vel librarius. Traditum, credo, oportuit, duos fuisse Dercylos, *δύο δέ εἰσι Δερκύλοι*.

Vs. 98. Contra metrum MSS. edd.

τὸν Πυριλάμπους.

Nam prima nominis syllaba brevis est. Quid? si et hic legatur:

τόνδε Πυριλάμπους·

Pyrilampis hunc filium, quem omnes norunt. Vid. ad Lys. 678, Ran. 963, Conc. 77.

Vs. 110. Δικάζειν. Cogitavi de lectione δικάζων. Quippe ψήφους habebant, non quo possent δικάζειν, sed quo ψηφίζεσθαι, quod quidem faciebant δικάζοντες. Erit sic δικάζων ad utrumque verbum trahendum, δεηθῆναι et ἔχειν.

Vs. 156. Mihi non ita improbatur librorum lectio, ὦ μιαρώτατε· quod in filium solum convicium dixerit; ut contra hos legendum sit μιαρωτάτω vel μιαρώτατοι.

Vs. 160. Ἀποσκλῆναι τότε. Memorabilis locus ob omissam particulam ἄν· quae praeterito verbi tempori futuri tribuat significationem. Legere hic possit, qui pertinacioris sententiae sit, vel ἀποσκλῆναι ἂν τότε (vid. ad Thesm. 916), vel ἀποσκλῆναι τότ' ἄν, vel — ἐκφύγῃ μ', ἂν ἀποσκλῆναι τότε In Avium vs. 671,

ἐγὼ μὲν αὐτὴν καὶ φιλῆσαί μοι δοκῶ·

legi voluit κἂν φιλῆσαι J. Seager.

Vs. 192. Πόῤῥω τέχνης videtur dictum esse pro ἀτέχνως, majori tamen dictionis vi.

Vs. 217. Vera lectio videtur: ὀψέ τἄρ' ἀνεστ. νῦν. Nam de duabus librorum lectionibus alteram, γοῦν, (quae concedentis vocula est, quum dialogi ratio adversativam postulet) lingua, alteram, γάρ, metrum repudiat. Herus

quum dixisset: *aderunt mox collegae patrem evocaturi;* Sosias, *quid ais?* inquit, *at nunc quidem vix primum crepusculum est.* Ad quae ille: *immo sero hodie lecto surrexere, quando vel a media nocte praetereuntes eum evocare solebant.*

Vs. 218. Legendum videtur ad MSS. vestigia:

ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν παρεκκαλοῦσ' ἀεί.

Aequalem seniores evocare, ἐκκαλεῖν, solebant, domum ejus praetereuntes, quod in praepositione παρά est. Vide vs. 270 sq. Nec ullus hic locus particulae γε, et verba decomposita saepe a librariis corrupta fuere; maxime ubi ultima alterius praepositionis litera consonans eadem esset, quae prima verbi. Et modo fuit verbum παρακαλεῖν· quo facilius errari potuit.

Vs. 251. Τί μαθών; Attici dixisse videntur, ubi male quis ageret; τί παθών; ubi stulte.

Vs. 325. Philocleo quum precatus esset: ὦ Ζεῦ, ποίησόν με καπνόν· memor duos Athenis esse vanitate conspicuos, qui καπνοί dicerentur, perquam ridicule addit: *seu Proxeni filium, seu Selli facere me malis.*

Vs. 385. Legi et sic posset:

καὶ, μανθάνετ'; ἤν τι πάθω 'γώ.

Ut in Terentii est Andria:

propera. atque, audin?
verbum unum cave de nuptiis.

Sic est μανθάνεις; Ran. 195.

Vs. 400 sq. Vulgo haec sic leguntur, ut quibus vertente illo anno judicia futura essent, Smicythionem dixerit Philocleo, Tisiaden, Chremonem, Pheredipnum. Verum hos,

ut bene Scholiastes docet, *τοὺς τοῦ Χοροῦ ἐξ ὀνόματος καλεῖ.* Immo et futuros illo anno reos in auxilium vocat, ut aequum judicem se habeant, et collegas. Legendum igitur sic erit:

οὐ ξυλλ. ὀπ. δίκαι τη. μέλλουσιν ἔσεσθαι;
ὦ Σμικ. καὶ Τισ. κ. Χρ. καὶ Φερέδειπνε,
πότε δ', εἰ μὴ etc.

Vid. dicta ad vs. 914.

Vs. 417. Equidem Philocleoni haec dederim.

Vs. 456 Sosiae fuit, ni fallor.

Vs. 458. MSS. edd.

οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτε; παῖε —

Verum prava ista locutio, *σοῦσθαι ἐς κόρακας.* At hoc vitium facile sic tollitur:

οὐχὶ σοῦσθ'; ἐς κόρακας. οὐκ —

uti saepe *ἐς κόρακας* sine verbo est. Difficilius negotium laxatos numeros supplere. Quod vide, an fieri possit pro *οὐκ ἄπιτε;* lecto *οὐκ ἀπῆτε;*

Vs. 460. Legenda haec interrogatorio sono:

ἆρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσ. τῷ χρόνῳ;

Docet particula *ἆρα* et carmen ordiens, et producta prima syllaba.

Vs. 522. Verba: *καὶ ξίφος γ' ἐμοὶ δότε. ἢν γὰρ —— ξίφει·* Philocleonis fuere. Nam et consilium senem decet, cui, ut non judex sedeat, vita est non vitalis; non filium, qui nil nisi patri optime vult consultum esse; et in vs. 714 (*τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν*) senis vides gladio instructam manum (ubi Scholiastes adeo: *ἐπειδὴ ξίφος ᾔτησε καὶ ὁρᾷ ἑαυτὸν κατακρατηθέντα*); et qui stilum

ac tabellam manu tenet (vs. 529), ac subinde scribit (vs. 559, 576), qui, quaeso, is et gladium tenere potuit? Quibus argumentis, si opus est, etiam hoc addas, quod particula γε (καὶ ξίφος γ' ἐμοὶ δότε) orationem excipientis personae index adest. Magis mirandum, non sublatum dudum fuisse dramatis vitium, cum senis ea fuisse jam Berglerus censuerit, ut et ex iis patet, quae scripsit ad vs. 714, et ubi vs. 524 Bdelycleoni dari voluit.

Vs. 572. Ἀρνὸς φωνῇ. Potest Comicus scriptum dedisse ἀρνὸς ψωλῇ. Nec venuste in uno versu idem nomen bis legitur; et erit sic, cui respondeat mox nomen τὰ χοιρίδια.

Vs. 576. Corruptum in libris metrum et sic sanari possit:

δεύτερον αὖ τουτὶ γράψωμαι.

Vs. 577. Bona est MSS. lectio:

ἅχεις φάσκων τὴν Ἑλλάδος ἀρχήν.

Graece sic pronomen in accusativo plurali neutrius generis periodo praeponitur; quem quidem casum veteres Grammatici plerumque explicant per praepositionem διά· cum potius e linguae indole adesse censendus sit. Sic est in Euripidis Andromache:

ἁγὼ προνοίᾳ τῇ τε σῇ κἀμῇ, γέρον,
κτανεῖν θέλων τήνδ' ἐκ χερῶν ἁρπάζομαι·

vs. 649 sq. qualia plura Matthiaeus dedit ad Phoen. 878. Sic et in hoc loco verba: ἃ ἔχεις φάσκων τὴν Ἑλλάδος ἀρχήν· intelligenda erunt, non ut ἃ ἔχεις sit, ἃ ἀγαθὰ ἔχεις· sed ut sit, ἔχεις τὴν Ἑλλάδος ἀρχήν· addito, quo haec proximis jungantur, in quarto casu relativo pronomine ἅ· sive hunc velis cum priscis magistris intelligere δι' ἅ· ac *memento mi istorum bono-*

rum, per quae tenes, ut tu ais, imperium Graeciae; seu e linguae indole adesse censeas.

Vs. 588. Sic haec legas:

τουτὶ γάρ τοι σεμνόν· τούτων, ὧν εἴρηκας, μαχ.

Quod hic est τοῦτο σεμνόν, contrarium ejus est in Equ. 774,

τοῦτο μὲν — οὐδὲν σεμνόν. κἀγὼ γὰρ τοῦτό σε δράσω.

Vs. 612. An legendum: κοὐ μή με δεήσῃ· *nec mi umquam usu veniat.*

Vs. 614. Ad voculam μή cogitandum: dum timendum mihi est, *ne mox aliam offam* (nempe venenatam) *mi pinsat.*

Vs. 626. Et inepte adest pronomen, et qui prae metu κάκκαν ἐποίησε, simpliciter dicitur ἐγκεχοδέναι, ut Ran. 480. Quid? si legas:

ποππύζουσίν τ' ἐγκεχόδασίν θ'
οἱ πλουτοῦντες.

Vs. 634. Οὕτω ῥᾳδίως. Sic bene MSS. edd. ut eleganter οὕτως verbis adverbiisque additur. Loca congessi ad Euripidis Andr. 549, et Herod. I. 11. Vid. et ad Equ. 818. Sic est φαύλως οὕτως Conc. 666.

Vs. 649. Ἢν μή τι λέγῃς, *si causa cadas.*

Vs. 678. Optima est librorum lectio:

σὺ δέ γ' ὧν ἄρχεις — —

Est sic σὺ δέ γε, *at tu, tu contra.* Sed et bene procedunt ad sententiam verba? ὧν δέ γε σὺ ἄρχεις, πολλὰ πιτυλεύσας, (ἐκείνων) οὐδείς (σοι) οὐδὲ — δίδωσι· neque est hic absolutus nominativus.

Vs. 653. In libris est contra linguam: εἰ—διδάξῃς· quod sic nunc correctum: εἰ—διδάξεις. Vide, an melius legatur in minis: ἢν—διδάξῃς.

Vs. 684. De duobus MSS. in altero est:

σοὶ δ' ἢν τίς γε διδῷ τρεῖς ὀβολούς·

in altero:

σοὶ δ' ἤν τις διδῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς.

Nec videtur articulus a nomine ὀβολούς abesse posse, (σοὶ δ' ἢν τίς γε διδῷ τρεῖς ὀβ. ut Brunckius haec dedit) nec in eo, quod quotidie fit, verbi tempus praeteritum poni (σοὶ δ' ἢν τις δῷ τοὺς τρεῖς ὀβ. ut in Bekkeri libro est). Et articulus igitur tenendus, et praesens verbi tempus. Suspicor adscriptum a magistris pronomen τις a librariis in textum illatum fuisse; quo posito, recepta ex optimo codice MS. particula γε, carmen sic legas:

σοὶ δ' ἤν γε διδῷ τοὺς τρεῖς ὀβολούς·

sive omissum sic sit pronomen τις, ut in vs. 553, Lys. 1119, alibi; seu ἢν διδῷ intelligas: *si ille modo dat*, cui id negotii est, ut in Conc. 841, Vesp. 11, Vesp. 892.

Vs. 698. Καὶ τοῖσιν ἅπασιν vertunt *et universis*, tertium casum intelligentes nominativi οἱ ἅπαντες. Ceterum per totam hanc fabulam in Philocleone Atheniensis populi ridetur stoliditas. Et potest certe καὶ τοῖσιν ἅπασιν obliquus casus esse recti καὶ τὰ ἅπαντα, *vel in omnibus*. Est mox ζῇν πᾶσι λαγῴοις vs. 709.

Vs. 699. Τοὺς ἀεὶ δημίζοντας Comicus dixit, credo, qui semper in ore habent illud, ὦ δῆμε. Sic fuit modo verbum πατερίζειν vs. 652, ὦ πάτερ — μὴ πατέριζε (*mi pater! — quid mi pater?* Terentius Andr. V. 3, 18), et παππάζω vs. 609.

Vs. 712. Ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι, *cum eo, qui mercedem habet.* Non singulis judicibus terni oboli dabantur, quod nimis operosum fuisset; sed de duobus alter drachmam accipiebat, qua hic obolis mutata, alteri suum triobolum daret. Hunc verborum sensum probant, quae sunt vs. 786 sqq. quaeque ibi veteres critici scripsere.

Vs. 715. Possit et sic legi:

ἀλλ' ὁπόταν μὲν δείδωσ', αὐτοὶ τὴν Εὐ. διδ.

Vs. 779—781. Πῶς οὖν etc. πολλῷ γ' ἀμ. Vides ad rogata per πῶς responderi per particulam γε· quod quidem videtur contra linguae indolem fuisse. De qua re si aliter sentias, habes hic locum, qui et in Ran. 25 vulgatam lectionem tueatur: sin idem censeas, hic legas:

πολλῷ "τ' ἄμεινον.

Vs. 789. MSS. edd. διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσιν. quod e Toupii sententia sic correctum dedere Brunckius ac Bekkerus, διεκερμάτιζεν ἐν τ. ἰ. Sine dubio inepta est lectio: διεκερμάτιζέ μ' ἐν τ. ἰ. Movet tamen librorum consentiens vox. Nam si Toupii illa lectio vera est, quae vel puer intelligat, unde tandem illud, quod cuncti libri tenuere? Numnam μ' ἐν prava scriptura est pro μοι 'ν· διεκερμάτιζέ μοι 'ν τοῖς ἰ. *mihi*, ut ego meum triobolum haberem.

Vs. 812. Δέῃ secundam personam intelligo verbi δέομαι.

Vs. 815. Ut haec vulgo leguntur:

— ἀτὰρ τί τὸν ὄρνιν ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε;
— ἵνα γ', ἣν etc.

linguae migrata est lex, quae ad rogatum per τί responderi vetat per γε. Legendum igitur erit:

— ἀτὰρ τί; τὸν ὄρνιν ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε;
— ἵνα γ', ἣν etc.

Sed quid hoc? num gallum gallinaceum huc ad me extulisti? Hoc quidem tenere malim, quam servata hic vulgata lectione ex altero versu particulam ejicere:

— ἀτὰρ τί τὸν ὄρνιν ὡς ἔμ' ἐξηνέγκατε;
— ἵν', ἦν etc.

Vs. 823. Servum, credo, dedecet.

Vs. 826. Εἰσαγάγω. Immo legendum εἰσάγω.

Vs. 902. Metri vitium et sic tolli poterit:

ποῦ, ποῦ δ' ὁ διώκων

Et saepe sic geminata vocula excidit, et ποῦ ποῦ cupidum judicem decet.

Vs. 914. Verba, ὁ βδελυρὸς οὗτος, non senis, sed accusatoris fuerunt:

— ἀρτίως ἐνήρυγεν.
Χα. ὁ βδελυρὸς οὗτος, κοὐ μετ. αἰ. μ.

Vid. modo vs. 900, Thesm. 649, Nub. 1314. Idem, jam olim fuisse, qui censerent, a Scholiaste docemur.

Vs. 917. Τῷ κοινῷ Scholiastes intellexit τῷ κοινωνῷ. Potest et Comicus hoc dixisse: ea lege, qua qui alterum aliquid vidit invenientem, κοινὸς Ἑρμῆς clamans, partem praedae sibi petere jus habet. Vid. vs. 972, Plaut. Pseud. IV. 7, 69, Rud. IV. 3, 78, Phaedri fab. V. 6, 3. Olim jam fuisse, qui dativum intelligerent nominis τὸ κοινόν, Scholiastes tradidit.

Vs. 939. Quod legitur:

καὶ τἄλλα τὰ σκεύη τὰ προσκεκαυμένα·

equidem sic nusquam vidi triplicem articulum. Sed nec lingua, credo, id probat. Solus vidit Reiskius, qui legi

voluit: καὶ τἄλλα δὲ σκεύη. Possit et legi: καὶ τἄλλα γε σκεύη· vel, καὶ τἄλλα τάδε σκεύη.

Vs. 949. Πάρεχ' ἐκποδών vertunt *facesse hinc.* Ceterum inaudita locutio, ἐκποδὼν παρέχειν. Legendum, quod jam Reiskius vidit:

πάρεχ' · ἐκποδών.

Est ἐκποδών absolute dictum, ut saepe ἐς κόρακας· ipsum adeo ἐκποδών in Acharn. 228, ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών. Tum πάρεχε elliptice dictum, ut in Lys. 350, ἔασον. Sic fere est, παῦε· ἐς κόρακας. οἱ σφ. Ach. 829.

Vs. 955. Πρόβατα Athenienses dicit per ambages. Vid. vs. 31 sq.

Vs. 1087. Respexit, credo, Pisistrato ab haruspice datum responsum apud Herod. l. I. c. 62.

Vs. 1091. Legenda et haec videntur interrogative:

ἆρα δεινὸς ἦ τόθ', ὥστε πάντα μὴ δεδοικέναι;

eadem de causa, qua vs. 460. Saepe sic ἆρα eleganter dictum pro ἆρα οὐ —; ut Lys. 387, 648.

Vs. 1098. Πόλεις videtur insulas dixisse, ut Pac. 250 sq. ubi vid. schol. Av. 1422—1425. Vid. Steph. Byz. in Πάρος.

Vs. 1154. Verba, σὺ δ' οὖν ἴθι, senis, ni fallor, fuerunt:

Bdel. φέρ', ἀλλ' ἐγώ σε περιβαλῶ. Phil. σὺ δ' οὖν ἴθι.
κατάθου γε μ. κ. κρ.

Vs. 1167. Hominem, credo, miraris, qui miserias suas conqueratur, quod non habiturus sit in senectute pernionem: nisi pro οὐδέν Comicus scripsit οἰδοῦν. Conf.

vs. 275 sq. Et laborare jam de senis digitis unum, ut pedem nolit Laconicis baxeis inserere, e vs. 1165 patet. Dictum hoc esse *παρ' ὑπονοίαν*, vetus criticus censuit, *ἀντὶ τοῦ ἀγαθὸν οὐδὲν λήψομαι. ὅστις τὰ τῶν γερόντων οὐ λήψομαι.* Quod mihi quidem et nimium frigere videtur, nec satis intelligo, qui *Λακωνικάς* gestat, qui minus pernione laboret, quam qui *ἐμβάδας*. Immo metuit, ne pernio, quo jam laborat, si arctiores *Λακωνικὰς* gestet, intumescat.

Vs. 1182. Ipse quoque legendum credidi: *ὡς οὔπω ποτε· veluti tempus olim fuit, cum nondum mus ac mustela esset.* Nam nec bona locutio *ὡς οὕτω*, nec bene enclitica vocula *ποτε* orationem orditur.

Vs. 1192. *Ἔχων δέ τοι.* Velim libri habeant, *ἔχων γε τοι.*

Vs. 1216. *Τὰς τραπέζας εἰσφέρει.* Sic videtur legendum: *τὰς τραπέζας εἰσφέρει*, is cujus id in illa domo officii fuit. Paucis verbis festinanter coenatum narrat usque ad pocula.

Vs. 1223. In obscuro loco hoc tamen tentavi:

ἄληθες; οὐδεὶς Διακρίων δὲ δέξεται.

itane! at Diacriorum nullus istos excipiet. Diacrios dixisse videtur veros ac genuinos Athenienses, cives antiqua virtute ac fide; quos persuasum habeat istiusmodi inquilinos cives non excepturos. Possit et legi:

οὐδεὶς Διακρίων γε δέξεται·

nemo certe Diacriorum excipiet.

Vs. 1224. *Δή· fac Cleonem me esse.*

Vs. 1260. *Ὧν ἔμαθες, ἐν τῷ συμποσίῳ.* Adhuc haec

sic lecta, ut ἐν τῷ συμποσίῳ verbo jungerentur ἔμαθες. Melius, credo, referes ad locutionem λόγον ἔλεξας.

Vs. 1293. Conjeci: τοῦ 'πὶ ταῖς πλευραῖς κύτους.

Vs. 1305. Verbum ἐνάλλεσθαι locum tueri non potest. In quemnam, quaeso, insiluit senex? Immo saltabat, exsultabat (ἀνήλλετο). Ad pravam lectionem in vetere MS. ἐνήλλετο adscriptam fuisse suspicor in margine e meliori libro literam α, quae doceret, pro ἐνήλλετο legendum esse ἀνήλλετο· quam literam indiligentem librarium non, quod factum oportuit, pro priori ε scripsisse, sed pro altero, ut esset ἐνήλλατο, quod nunc in utroque MS. est.

Vs. 1332—1334. Haec, quae in editis libris Bdelycleonis personae sunt, uni ex iis tribuenda videntur, qui ab ebrio sene male mulcati aut damnum passi, hunc censeantur persecuti esse. Filius in scenam demum prodit, ubi pater illa loquitur, quae sunt vs. 1360 sqq. ipse loqui incipit vs. 1364. Quippe venit retracturus fidicinam; a sene in via civibus illata damna adhuc ignorans, comperit demum, ubi panaria mulier prodit conquestum.

Vs. 1340. Corruptam et hic librorum lectionem, ejecta vocula οὐκ, sic sanari posse credidi:

ἄπεισι γὰρ — ποῦ 'σθ' Ἠλιαστής; — ἐκποδών,
ἀνάβαινε δεῦρο χρ.

quando illi jam abiere, huc escende.

Vs. 1350. Πολλοῖς χἀτέροις. Sensu, quo interpretes haec reddidere: *et aliis multis idem factitasti:* Graece legendum erit πολλοὺς χἀτέρους.

Vs. 1388. Chaerephontem appellat: *ades quaeso:* non, quod Florens putavit, Bdelycleonem.

Vs. 1426. Elisae contra artem syllabae vitium sic tolletur:

δικῶν γὰρ οὐ δέομαι καὶ πραγμάτων.

Saepe sic post οὐ pro οὐδέ Graeci dixere καί, ut Euripides in Troad. 99 sq.

οὐκέτι Τροία
τάδε, καὶ βασιλεῖς ἐσμὲν Τροίας.

Sic fere est οὐδὲ — τε in Ach. 819 sq. Et similiter gravatos numeros Elmslejus levavit in Ran. 935.

Vs. 1480. Τραγῳδούς. Legendum videtur τρυγῳδούς. Non magis τραγῳδός, quam τρυγῳδός fuit faecibus ille perunctus ora Thespis.

Vs. 1493. Sic haec personis danda videntur:

Xa. πρωκτὸς χάσκει. Ph. κατὰ σαυτὸν ὅρα.
νῦν γὰρ etc.

IN EQUITES.

Vs. 5. Πληγὰς προστρίβεται τοῖς οἰκέταις. Intelligunt haec: Cleon *plagas infligit servis*. At servos herus, non conservus, verbere coërcet; quod hic quoque factum, et totius fabulae ratio docet, et maxime vs. 64, 67. Tum media verbi forma aliud suadet, cujus haec, credo, vis est: *facit, ut servis verbera infligantur*; ut verbum medium hic dicat, quod est vs. 64, τοὺς ἔνδον ἄντικρυς ψευδῆ διαβάλλει, κᾆτα μαστιγούμεθα. quaeque in vs. 67 ipse Cleon jactat:

ὁρᾶτε τὸν Ὕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον.

In Suidae προστρίβεται redditur περιποιεῖται, a Scholiaste κατασκευάζει.

Vs. 30. Τῶν παρόντων est qui accepit: *pro praesenti rerum statu.* At sic locutio est ἐκ τῶν παρόντων, nec abesse praepositionem fas. Est κράτιστα τῶν νῦν παρόντων, *optimum eorum, quae nos facere possumus.* Melius Aeschyli haec adtulit Berglerus: κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε ἐφαίνετο εἶναι, e Prometh. 216.

Vs. 34. Legendum, credo, ut jam Berglero visum:

ὅτιὴ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ'. οὐκ εἰκότως;

Vs. 37. Verbum παραιτεῖσθαι hinc alienum videtur. Quamquam Scholiastes scripsit: περιττὴ ἡ παρά. — πλεονάζουσι γὰρ καὶ ἐλλείπουσι ταῖς προθέσεσιν οἱ Ἀττικοί. Cogitavi de lectione: ἐν δ' αὐτούς περ αἰτ.

Vs. 111. Ταῦτ' ἀτὰρ τοῦ δ. Legendum:

ταῦτ'. ἀτὰρ τοῦ δ.

Solent sic, qui aliquid jubentur, ut paratos sese ostendant jussa facere, respondere ταῦτα. Loca sunt Vesp. 142. 851. 1008. Ach. 780. Pac. 275, alibi. Plenius est ταῦτα δρῶ huj. fab. 493.

Vs. 114 est etiam vs. 96, unde huc male illatum esse, paulo elegantiori patebit. Illic bene dixit: *effer huc congium, ut ego mentem rigem atque sapiens aliquid dicam;* quae quidem sapientia depromta fuit, ubi conservum jussit recondita oracula efferre vs. 108 sqq. At nunc nihil promit, tanta promissione dignum. Immo dehinc nil nisi bibit et oracula legit.

Vs. 213. Ταῦτα. Legi possit et ταὐτά·

ταῦθ', ἅπερ ποιεῖς, ποίει.

Ut et in Vesp. 621, 767.

Vs. 175. Εὐδαιμονήσω γ', εἰ διαστ. Ex uno, neque ita bono vetere libro receptum est, εὐδαιμονήσω δ', εἰ δια. quod si vel in cunctis, particula in uno foret, posthabendum fuit. Ironiam eleganter refert particula, ut et in simili huic loco Av. 177,

ἀπολαύσομαί τί γ', εἰ διαστραφήσομαι.

Neuter versus interrogative legendus.

Vs. 216. Pro μαγειρικοῖς legendum, ni fallor, μαγειρικῶς.

Vs. 282. Νὴ Δί' ἐξαγαγών γε. Non ita probabitur numerorum elegantiori in secunda carminis sede dactylus. Vel hoc nomine melius legas, ἐξάγων γε. Nec magis numeri suadent, quam lingua. Non quod semel ista extulerit (ἐξαγαγών), Demagogus, sed quod itentidem efferat (ἐξάγων) notatur. Jam Reisigius legi voluit ἐξάγων. Saepe in hac re peccarunt librarii.

Vs. 296. Σὺ δ' οὐχί. Sic legitur, quod erit: *tu vero negas.* Sed melius, credo, legetur: σὺ δ' οὐχί; *tu vero non furaris?* Vid. Ran. 275.

Vs. 340. Ejiciendum videtur incertae in libris sedis pronomen: καὶ μὴν ἐγὼ οὐ παρήσω.

Vs. 421. Legitur:

καὶ ταῦτα δρῶν ἐλάνθανόν γ'.

ubi qua vi particula γε adsit, non facile quis dixerit. Sed neque in MSS. esse auguror; a priscis editoribus numerorum sustentaculum insertum. Scripsisse Aristophanem credo:

καὶ ταῦτα δρῶν ἐλάνθανον ἄν·

plurimum latebam. Persaepe haec vocula sic ejecta.

Vs. 436 cum sequenti Allantopolae fuisse credo: *at te scio e Potidaea decem talenta lucratum. Quid? vin', ut taceas, unum talentum* (de iis, quae me furatum dicis) *accipere.* Secutus sic homo erit utrumque, quod Demosthenes ei dederat, consilium: ἄθρει (vs. 436) καὶ τοῦ ποδὸς παρίει (vs. 437).

Vs. 463. Hiatus tollendus inserta particula γε· quae sic saepe post οὔκουν habetur, ut Ran. 1063, Pac. 274 in cod. Rav. Plut. 342. Tum MSS. edd. lectio πράττεις nescio, quam bene mutata sit in πράττει. Potest homo vs. 463 Cleonem allocutus deinde ad Chorum orationem convertisse. Vid. Lys. 486 sq. Ran. 1005 sq.

Vs. 639. Pro κἀναχχανών legam κἀγχανών.

Vs. 678. Scholiastes: γράφεται καὶ ὑπερεπλήσσοντό με. Sic quidem legendum foret:

οἱ δ' ὑπερεπλήσσονθ' ὑπερεπύππαζόν τ' ἐμέ.

Vs. 719. Legitur:

οὐκ, ὦ 'γάθ', ἐν βουλῇ με δόξεις καθυβρίσαι.
ἴωμεν ἐς τὸν δῆμον.

Verum qui, quaeso, Cleon in senatu male re gesta, si quis unquam, contumeliose habitus, dicere nunc potuit: *non tu in senatu jam videberis mihi illudere*, ut in Kusteri libro interpretatum est, vel, ut in Brunckii: *ne putes, te in senatu mihi illudere.* Tum vide Scholiastae et haec verba: ἔδοξε γὰρ αὐτὸν παρευδοκιμεῖν ἐν τῇ βουλῇ· et hanc paraphrasin: οὐ καταφρονήσεις οὖν μου, φησίν, ἐπὶ τῶν δημοτῶν (scriptum, credo, voluit: ἐπὶ τοῦ δήμου), ὥσπερ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ· et facile videbis, aliquid hic esse vitii. Scriptum dedit, ni fallor, Comicus:

οὐκ, ὦ 'γάθ', ἐν βουλῇ με δόξας καθυβρίσαι,
ἴωμεν ἐς τὸν δῆμον·

in senatu cum mihi insultasse visus sis, nonne ad populum eamus? Qui non plane absolutus nominativus est, cum de duobus subjectis verbi ἴωμεν, alterum ille sit, qui dicatur δόξας· ut et est in Avium vs. 292 sqq.

δευρὶ γὰρ ἐμβὰς αὐτίκα μάλ' ἐς τὴν λόχμην,
ἔπειτ' ἀνεγείρας τὴν ἐμὴν ἀηδόνα,
καλοῦμεν αὐτούς.

Quamquam persaepe absolutum nominativum Comicus posuit. Dictum erit sic, οὐκ ἴωμεν; ut in Pluti vs. 1168, οὐκ οὖν ἐπὶ τούτοις εἰσίω; quod Scholiastes accepit: οὐκ οὖν βούλει, ἵνα εἰσίω;

Vs. 732. Legendum videtur, καὶ καλοί γε κἀγαθοί· *et quidem*, καὶ — γε. Non memini me legere: καλοί τε κἀγαθοί.

Vs. 748. Ἐς τὸ πρόσθε est *recta via, protinus.* Sic est, πάριθ' ἐς τὸ πρόσθεν, Ach. 43, Conc. 129, πρόϊθι ἐς τὸ πρόσθεν, Ach. 230, σπεῦδε πρόσθεν ἐς πόλιν, Lys. 302. Et in locutione χρὴ παρεῖναι necessitatis significatio inest eo *eundi*, ubi quis debet *adesse.* In Herodoti l. I. c. 21, ἐς τὴν Μίλητον ἦν; equidem non moveam illud ἦν.

Vs. 771. Ἐβούλευον hic est: *in senatum adscitus sum.* Pronomen igitur ad sequentia trahendum: ὃς πρῶτα μὲν, ἡνίκ' ἐβούλευον, σοὶ χρήματα etc. *qui primum quidem, quum senator essem* (ex quo senator factus sum), *feci, ut in aerario tibi quam maximae pecuniae essent.* Mox in his: οὐ φροντίζων τῶν ἰδιωτῶν οὐδενός· Comici ingenium admireris in acerbissima paronomasia, quae est in eo, quod crudelissimus tyrannus fecerit, οὐ φροντίζων τῶν ἰδιωτῶν (πολιτῶν) οὐδενός· et quod optimus civis, οὐ φροντίζων τῶν ἰδίων (χρημάτων) οὐδενός.

Vs. 780. In MSS. edd. contra numeros est:

ἐπὶ ταῖς πέτραις.

Vitium sic removit Brunckius:

ἐπὶ ταῖσι πέτραις.

Potest Comicus scripsisse:

ἐπὶ ταῖσδε πέτραις.

Sin cum Bentlejo credas, ut in vs. 751, praepositionem cum genitivo casu construendam esse, legendum hic erit:

ἐπὶ τῆσδε πέτρας.

Vs. 781. Ῥαψάμενος. Hic quoque media verbi forma index adest, hominem dixisse, pulvinar sese non ipsum consuisse, sed consuendum curasse. Sic et intelligendum verbum *ναυπηγεῖσθαι* vs. 913, *ποιεῖσθαι* Thesm. 425. Pac. 69, *βάψομαι* Lys. 51.

Vs. 802. Pro *εἰ* lingua legi vult *ἤν· ἢν — διατρίψῃ — ἀναθαῤῥήσῃ — ἔλθῃ.*

Vs. 818. Veram lectionem Kusteri jam revocavit et Bentleji ingenium, *παῦ' οὑτωσί.* Saepe sic dictio *οὕτως* alii verbo alio sensu addita. Locis ad Vesp. 634 citatis haec nunc adde Platonis e Sympos. p. 177, 48, *οὕτω πίνοντας πρὸς ἡδονήν·* in Phaedro p. 198, 31, *νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν.* ut in l. II. de rep. p. 390, 30, *οὐκ ἔχω νῦν γε οὕτως εἰπεῖν.* Ubi quidem *οὕτως* fere est, quod alias *ἀπὸ στόματος.* Hoc loco imperio vim addit: *tace, nec verbum addideris.* Nam ut in libris haec sunt, *παῦ' οὑτοσί·* praeter corruptos numeros, non credo, usquam sic *οὗτος* esse, ubi imperatur.

Vs. 823. Κἀμφοῖν χεροῖν MSS. edd. quod sic sanatum: *κἀμφοῖν χειροῖν·* quae cothurni magis, quam socci nominis forma est. Legendum videtur: *κἀμφοῖν γε χεροῖν· atque ambabus adeo manibus.*

Vs. 854. Legitur:

τῶν ἀλφίτων ἂν καταλάβοιεν ἡμῶν·

ut dactylus teneat quintam carminis sedem, quod non videtur admisisse ars. Scire velim, an codex sit, qui hanc lectionem confirmet:

τῶν ἀλφίτων κατ' ἂν λάβοιεν ἡμῶν·

cujusmodi tmesis et est in Lys. 262 sq.

κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας,
κατά τ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν.

et in Ran. 1045,

ὥστε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν.

Nec in aliis a tmesi abhorruit Comici stilus.

Vs. 864. Pro prisca lectione *αἴρουσι* scriptum nunc est *αἱροῦσι.* Quis scit, an *αἴρειν* piscatorum verbum fuerit: *αἴρειν τὸ δίκτυον* vel *τὸ λίνον.* Scholiastes quidem reddit *ἀγρεύειν· educere* Plautus dixit Truc. I. 1. 18.

Vs. 874. *Τοὺς κινουμένους* Cleon dicit seditiosos, qui sese in republica movent ac turbas faciunt. Quod in obscoenum sensum detorsit Agoracritus, de iis dictum, qui muliebria patiuntur. Nihil magis, quam hunc in ambiguo lusum Comicus amavit, qui totus perit, si e MS. legas *βινουμένους.*

Vs. 889. *Ὄζων.* Mireris Populum, qui nunc demum byrsam pessime olentem Cleonem odoretur, quicum jamdiu colloquitur. Veram lectionem credam, si codex MS. habeat, *ὄζον· ibin' hinc in malam rem*, qui istud mi feras, *pessime corium olens.*

Vs. 916. Sic lego:

ἀνὴρ παφλάζει — παῦε, παῦ', —
ὑπερζέων.

quod jam Scholiastes monuit: *τὸ δὲ ἑξῆς· ἀνὴρ παφλάζει ὑπερζέων.*

Vs. 966. Verba, *καὶ σύ νυν φέρε*, non Populi, sed Agoracriti fuere:

Ag. *πάνυ γε, καὶ σύ νυν φέρε.*
Cl. *ἰδού.* Ag. *ἰδοὺ* — —

Vid. Ach. 323, Vesp. 456 sq. Sic etiam Cod. MS.

Vs. 989. Ipsa haec magistri verba fuere, ut saepe veteres in narratione ipsa ejus, de quo narrant, verba referunt. Sic et Comicus in huj. fab. 665 sqq. Vesp. 689 sq. Conc. 822.

Vs. 1036. Personae transponendae:

Ἀλλ. ταῦτ' οἶσθ' ὅ τι λέγει; Δη. μὰ τὸν etc.

Quod videtur jam Dindorfius vidisse.

Vs. 1064. *Οἶσθα — τοῦτο.* Possunt haec Cleonis fuisse, ut Cleon hic faciat, quod Allantopola fecit vs. 1036.

Vs. 1065. Ut verba vulgo leguntur, *ἀνακόλουθος* oratio est: quod vitium tolles vocula *ἀλλά* in duas divisa:

οὐ τοῦτο φησὶν, ἀλλ' ἃ ναῦς ἑκάστοτε
αἰτεῖ — — — οὑτοσί·

non hoc dicit; sed quod hic itentidem naves petit, has te Loxias vetat ei dare. De constructione vide Thesm. 418, 587 sq.

Vs. 1082. Haec et sic legi possunt: — — *περὶ σοῦ, πτερυγωτὸς αἰετὸς ὡς γίγνει.*

Vs. 1196. In hoc versu particula *γε* quid agat, si

legas ὑφήρπασας, nescias. Negotium suum faceret, si legeretur ὑφαρπάσας. ἀδίκως γε (φέρεις τὰ λαγῷα τῷ Δήμῳ) τὰ ἐμὰ ὑφαρπάσας. Vide mox vs. 1225—1227.

Vs. 1200. Verba, ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσα, vulgo Cleonis sunt: ἐγὼ δ' ὤπτησά γε, adversarii. Ceterum uterque qua ratione id dicere potuerit, non facile intelligas, cum assata leporina adferentem Cleonem ipse Populus viderit. Videntur et hic transferendae partes esse:

Ag. τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν·
ἐγὼ δ' ἐκινδύνευσα. Cl. ἐγὼ δ' ὤπτησά γε.

Nam quid verbis sententiae insit, ἐγὼ ἐκινδύνευσα, si Cleon dixit, equidem non video. Quid, quaeso, periculi est in assandis adferendisque leporinis? Immo furtum qui ausus est, is jure sese dixerit κινδυνεῦσαι. Sed et hoc vide, e recepta didascalia num Populum deceat haec Cleoni increpare: *abito: nam qui adposuit, ei gratia debetur.*

Vs. 1226. Legendum, ut jam Bentlejus legi voluit: ὑφ' οὗ 'δέησέ μ' ἤ. μ.

Vs. 1271 sq. Verborum sententia haec est: *improbis maledicere nihil est invidiosi; immo laudi id est apud bonos, qui bene judicant.* Boni viri, qui rem bene putant, honorem sic maledicenti habebunt: qui sic maledicunt laudem invenient apud bonos, qui bene rem putant. Saepe sic Graece plurali nominis numero (ut hic τοῖς χρηστοῖς) pronomen respondet singulare ὅστις. Loca congesta ad Euripidis Med. 221 sq.

δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,
ὅστις etc.

Vs. 1306. Οὐδὲ etc. Non aliam navem dicit; sese dicit nunc Nauphanten Nausonis. Ad eam locutionem hoc

referendum, qua, ubi unius subjecti duo nomina praedicantur, haec per conjunctionem δέ inter se copulantur, ut in Herodoti est l. VII. 10, ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ, ἀδελφεῷ δὲ ἐμῷ.

Vs. 1321. Ad ceteras conjecturas, quo carmen emendetur, factas, haec quoque accedat:

πῶς ἂν ἴδοιμεν; ποίαν μὲν ἔχει σκευήν; ποῖος γεγ.

Et eleganter rogatur per μέν· et saepe in talibus copulam magistri vel librarii inseruere. Corruptus sic fuit et vs. 1336,

τί δ' ἔδρων, κάτειπέ μοι, προτοῦ; ποῖός τις ἦ;

Rogatur per μέν in Av. 1214, ὑγιαίνεις μέν;

Vs. 1344. Legitur: τὰ δ' ὦτα γάρ σου — Sed ubinam sic est δὲ—γάρ; Legendum, ni fallor:

τάδ' ὦτα γάρ σου —

hae tuae aures. Euripides Medeae vs. 689,

πῶς γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε.

Comicus in Conc. 955,

πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ
τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων.

Vs. 1370. Luditur in ambiguo verbo ἀγοράζειν, quod est *concionari* et *obsonari.* Illo sensu quum dixisset Demus, ad hunc traxit Agoracritus.

Vs. 1372. Μειράκια τὰ ἐν τῷ μύρῳ plurimi *adolescentulos* intelligunt *in myropoliis versari solitos.* Sic quidem scriptum oportuit, credo, τὰ ἐν τοῖς μύροις. Adhuc vera videtur Frischlini interpretatio: *unguentis delibutos.*

Vs. 1378. Equidem haec non legam interrogative:

quorum videtur sententia esse: *tu certe non amplexaris loquaculam istam nationem.* Ceterum honesto verbo *amplexari* obscoenitatem illam substituit, quae est in verbo *καταδακτυλίζειν.* Proprie igitur hoc dixit: *tu certe non amas locutulejae isti genti digito gratificari.*

IN ACHARNENSES.

Vs. 53. Legam:

ἀλλ' ἀθάνατός γ' ὤν

sed immortalis cum sim (*quamquam sum*).

Vs. 216. Μηδέπερ γέροντας ὄντας. Participium ὄντας hausit praecedens vox in A. C. Est in contextu Cod. B. Sed linea subducta delendum esse indicat. Falso. Absque enim illo ὄντας non constant versus numeri. Brunckius. Nec ita probabitur diligenti harum fabularum lectori istud ροντας οντας· et mancum in MSS. carmen hanc conjecturam commendabit:

μηδέπερ γέροντας οὕτως ἐκφυγὼν Ἀχαρνέας.

Saepe sic adverbium οὕτω verbo additum.

Vs. 276. Ἡμῶν μόνος· *seorsim a nobis;* qua constructione μόνος est in Euripidis Medea vs. 51,

πῶς σοῦ μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει;

ubi plura loca citata.

Vs. 303. Sola vera videtur trium Brunckii MSS. lectio, quam et Palatini codicis esse auguror:

οὐδ' ἀκούσεσθ'; οὐκ ἀκούσεσθε;

an ne audietis quidem? non audietis?

Vs. 328 sq. MSS. edd. ἐμέλλετ' ἄρα· quod metri gratia sic scriptum: ἐμέλλετ' ᾶρα. At ἄρα sic primam non habuit productam. Legendum hic videtur:

ἐμέλλετέ τ' ἄρα πάντες ἀνασείειν βοῆς,
ὀλίγου τ' ἀπέθανον ἄνθρ. Παρν.

et *futurum erat, ut clamare omnes desineretis*, et *paene carbones interiere*. Ut stulte egisse Acharnenses doceat, quod sic irae indulsissent, Dicaeopolis: *quid aliud*, inquit, *egistis, quam ut et clamorem sustuleritis, cujus mox finem facturi essetis, et feceritis, ut paene carbones interirent.*

Vs. 362. Valckenario adsentior, versum hinc alienum censenti, qui bene legatur vs. 411.

Vs. 437. Verbum videtur fuisse, quod iis objiceretur, qui, cujus vitii ipsi affines essent, id aliis exprobrarent. Bene Scholiastes: οὐκ οἶσθα, ὅπως βαρὺς εἶ ἐν τοῖς δράμασι καὶ ἀποκναίεις τοὺς θεατάς. Sic fere Plautus dixit Pseudolo Act. II. sc. 2, vs. 18,

non soles respicere te, cum dicas injuste alteri.

Ceterum dicit haec Dicaeopolis, ut Euripides non audiat, ad spectatores conversus.

Vs. 489. Quod legitur:

ἡμῶν γὰρ, ἄνδρες, (οὐχὶ etc.

sic legendum:

ἡμῶν γὰρ ἄνδρες (οὐχὶ etc.

ut ἄνδρες nominativus sit, non vocativus casus: *homines de nobis*. Et sunt haec sic jam in Bekkeri libro; ceterum interpretata, quasi ἄνδρες vocativus esset, ὦ ἄνδρες.

Vs. 544. Τειχομάχος. Metri gratia legas τειχο-

μάχης. Vid. Porson. ad Equ. 1328, Brunck. et Elmslej. ad Ach. 181.

Vs. 586. Καίτοι γ'. Improbantur continuatae sic particulae. Quid? si legas: καίτἄρ' ἦν γε· ut saepe ἄρ' ἦν dictum pro ἔστι.

Vs. 621 sq. Οὕτω — ὅτε καὶ —. Nescio, an quisquam sic locutus sit. Nec tamen facile adducar, ut corrupta haec habeam. Saepius οὕτω absolute dictum.

Vs. 653. Τῷ λίθῳ. De hoc saxo Harpocratio egit, et ex hoc Suidas, in voce, Photius T. I. p. 223. Ceterum idem hic fuerit λίθος, atque is, qui in Pnyce, dubito: cujus mentio in Pac. 663, Conc. 87.

Vs. 657. Legendum videtur:

κᾆτ' ἂν ἑλκύσας ἐρ.

Vs. 667. Sic potius legas:

κᾆτα πρὸς ἁλισκόμεθα.

Ut πρὸς adverbiascat.

Vs. 718. Male voculae interrogative pronuntiatae: οἷα δή; Bene jam Dindorfius intellexit: πράττομεν, οἷα πράττομεν. Eodem fere sensu vocula *sic* est in Terentii Andria Act. IV. sc. 5, vs. 9,

Cr. *quid vos? quo pacto hic? satine recte?* M. *nosne? sic.*
ut quimus, ajunt; quando, ut volumus, non licet.

et in Phormione Act. I. sc. 2, vs. 95,

D. *quid rei gerit?* G. *sic; tenuiter.*

Vs. 750 sqq. Obscoenus lusus est in duplici significatione verbi ἔχειν· quod et est *habere*, quo sensu Dicaepolis

dixit: κέρκον οὐκ ἔχει *non habet caudam*: et *capere*, *capacem esse*, quo Boeotus dixit.

Vs. 768. Legendum videtur:

τί δαί; σὺ καὶ τρώγοις ἂν αὐτά; — κοΐ, κοΐ.

Saepe sic ad nomen rei masculini vel feminini generis pronomen refertur in neutro genere. Sic est καλπίδας — τοῦτο Lys. 358, φορμὸν πυρῶν — αὐτό Thesm. 813, σταθμὸς — ὅπερ Ran. 1362, πλάστιγξ — αὐτό Pac. 1214, πόλος — τοῦτο Av. 181. E Lysistratae loco legi et possit αὐτό.

Vs. 775. Ludit Comicus et hic in ambiguo. Σῦκον et ficus est, et membrum virile. Megarensis cum filiam videret avide caricas edentem; ridicule metum simulans, ne et suum illum ficum devoraret, hunc abstulerat. In juvene si istud *ficus* dicitur, quidni in sene carica sit? Et nomina σῦκον et ἰσχάς synomyma dedit Comicus Vesp. 302 sqq.

Vs. 778. Pro τούτων, quod nimium quantum friget, legam τοῦτο·

τὸ μὲν ἕτερον τοῦτο σκ. τροπ.

Vs. 797 sq. Horum sensus paulo obscurior. Dicaeopolis, qui emtis porcellis exsolutoque pretio optime de Megarensi meritus erat, eundem nunc dimittens comiter bene valere jubet. Quod cum facere non solerent Athenis in foro, qui aliquid mercati essent, Megarensis: *atqui non populare*, inquit, *illud dedisti*. Non solent tui populares, ubi aliquid emerunt, reddito pretio, hospitem forensem hominem benigne multum valere jubere. Ad quae Dicaeopolis: *at curiositatis ergo ego tibi sponsor sum*. Solebant, qui curiosiores aliorum sermoni adesse vellent, ne importuni viderentur colloquentes salvere (χαίρειν) jubere.

In Plauti quidem Captivis, Act. III. 1, 19, parasitus, qui non habet, ubi prandat, sic narrat:

ut dumum hinc abii, accessi ad adolescentes in foro:
salvete, inquam. quo imus una, inquam, ad prandium? —
pergo ad alios, venio ad alios; deinde ad alios —

Vid. et Terentii Andr. Act. IV. sc. 5, vs. 5. Hoc igitur dicere videtur Dicaeopolis: *at curiositati ut indulgeant*, ut aliis molesti sint, moris hic est dicere χαῖρε, *crede vel meo periculo.*

Vs. 814. Bene improbatur librorum lectio:

. Κρατῖνος ἀεὶ κεκαρμένος·

et propter anapaestum, quo secundus carminis gravatus pes, et quod dictio ἀεί sic non soleat prima brevi syllaba esse. Bentleji est conjectura: Κρατῖνος ἀνακεκαρμένος· Reisigii: Κρατῖνος ἀποκεκαρμένος, collato Thesm. 838, Av. 806; Elmsleji: Κρατῖνος αὖ κεκαρμένος, qui conferri vult vs. 819. Ipse credidi, scriptum dedisse Comicum posse: Κρατῖνος ἂν κεκαρμένος· uti saepe, ubi aliquid fieri solet, particulam ἂν meliores auctores scripserunt, librarii perdiderunt.

Vs. 829. Sic legendum: παῦ'. ἐς κόρακας. Vid ad Vesp. 949.

Vs. 833. Θείβαθι. Vide an legendum sit Θείβαθε.

Vs. 861. Post hunc versum duo vel tres intercidisse videntur; quibus et Boeotus poscenti Dicaeopolidi anguillam illam dederit ἀγορᾶς τέλος· et hic rogaverit, velletne, quae adtulerat, vendere. Et possunt illius verba primam dictionem habuisse ἴωγγα. quae omissionis causa fuerit, aberrantibus ab uno ἴωγγα ad alterum indiligentioris librarii oculis.

Vs. 891. Observanda in his media verbi forma de Boeoto adhibita, qui non ipse Sycophantam colligat, sed cui ab altero colligatur (vs. 869); cum de Dicaeopolide, qui ipse colligat, verbum ponatur activum vs. 893, 916. In hoc igitur versu lectio: ἵνα αὐτὸν ἐνδήσας φέρῃ· cum ridiculum onus Boeotus non ipse colligaturus sit, vera esse non potest. Nam sic scriptum oportuit ἐνδησάμενος.

Vs. 921. Legam κερδάναις.

Vs. 1037. Στρατηγοί. Iidem decem strategi sunt, qui in Av. 397; de quibus Harpocratio et Suidas in V. et Photius T. II. p. 542, 9. Hos et Philippus dixit, in nomine ludens, cum felices praedicaret Athenienses, qui quotannis decem strategos crearent, cum ipsi per totam vitam unus obtigisset Parmenio. Potest tamen eodem spectare, quod acerbissimus censor Aristophanes mox Lamachum facit indignantem:

ἰὼ στρατηγοὶ πλέονες, ἢ βελτίονες.

Vs. 1041. Ἐμβαλεῖν futurum esse et docet aditus etiam custodire jussus Lamachus, et designatum rei tempus per praepositionem ὑπό.

Vs. 1072 et 1078 sedes videntur male inter sese permutasse.

Vs. 1082. Κρίνει. Potest et κρινεῖ.

Vs. 1116. Ejecto articulo legam ξυγγραφέα.

Vs. 1122 sq. Non recte quae jam in mensa posita est τευθίς, etiam dicitur ὀκέλλειν· ni potius scribendum est, ἐπὶ τραπέζῃ κειμένῃ.

Vs. 1148. Quod legitur:

λείπω φάος γε τοὐμόν·

si uspiam, hic certe inepte inserta particula est: quam adeo non credo in MSS. esse. Distichon cum Tragici esse videatur, quem ridendum propinare Comicus voluerit, potest sic scriptum dedisse:

λείπω φάος τόδ' ἀμόν.

Vs. 1168 totus fuit, ni fallor, Lamachi, versus 1169 totus Dicaeopolidis:

— στυγερὸς ἐγώ, μογερὸς ἐγώ.
— τί με σὺ κυνεῖς; τί με σὺ δάκνεις;

quae Dicaeopolis alterum alteri meretriculae dixerit. In scholiis notabilia haec sunt, ad vs. 1169 adscripta, ἔνιοι βούλονται εἶναι. Nec Aristophane indigna foret haec ἐν didascalia:

La. στυγερὸς ἐγώ. Di. τί με σὺ κυνεῖς;
La. μογερὸς ἐγώ. Di. τί με σὺ δάκνεις;

Qui quem morsum dicit, meretricias illas dicit *teneris labellis molles morsiunculas.*

Vs. 1184. Ὁ βασιλεύς. Regem intelligunt, qui de novem Archontibus Athenis Lenaeis praeesset. Potest et mensae regem dixisse, quem *arbitrum bibendi* Horatius vocavit, *strategum convivio* Plautus.

IN PACEM.

Vs. 2 sqq. Haec omnia: *ἰδού — — φάγοι* alteri vernae danda: qui dum haec loquitur: *καὶ — φάγοι* socius intro abit, acceptum cibum scarabaeo appositurus. Mox hic rediens iterum jubet cibum suggerere: *δὸς μᾶζ. ἑ. ἐξ ὀν. πε.* quod ille faciens (*ἰδοὺ μάλ' αὖθις*) simul rogat: *ποῦ γὰρ — — κατέφαγεν; — — non comedit?* (sic jam et Scholiastes) ad quae hic: *immo hercle totum deglutiit*, inquit; simul monens, ut crebros bolos interat. Pro *αὐτῷ* Bentlejus legendum censebat *αὐτήν*. Et sine dubio *αὐτῷ* corrupta lectio est. Potest Comicus scripsisse *αὐτό*. Vid. ad Ach. 768.

Vs. 18. Haec prioris famuli fuisse videntur, vs. 19 alterius:

Οἰκ. β'. μὰ τὸν 'Απόλλω 'γὼ μὲν οὔ.
οὐ γὰρ ἔθ' οἷός τ' εἰμ' ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας.
Οἰκ. ά. αὐτὴν ἄρ' οἴσω προσλαβὼν τὴν ἀντλίαν.
Οἰκ. β'. νὴ τὸν Δί' ἐς κόρακάς γε, καὶ σαυτόν γε πρός.
ὑμῶν δέ γ' εἴ τις οἶδε etc.

In vs. 19 pronomen *αὐτήν* intelligo *αὐτὴν τὴν μᾶζαν* vel *αὐτὴν τὴν κόπρον· offam, merdam ipsam* cantharo *feram, ablata simul et antlia.* Quod ubi dixit, et facit, quae dixit, et abit rediturus vs. 41.

Vs. 21. Πόθεν fere est, quod *ποῦ*. Saepe sic Graece adverbium est de loco, ubi videatur ponendum fuisse adverbium in loco. Sic est *κάτωθεν* huj. fab. vs. 313 dictum pro *κάτω· ἔνδοθεν* pro *ἔνδον* Lys. 512. Quod quidem in huj. fab. vs. 233 lectionem firmat cod. Rav. *θορυβεῖ γοῦν ἔνδοθεν*.

Vs. 47 sq. Δοκέω dixit, non δοκῶ, quod qui ista dixerit, ex Ionia esse censetur. Cur igitur ἀττικώτατον verbum posuit αἰνίττεται, non αἰνίσσεται, quod apud Herodotum est l. V. 56, aeque hic reponendum, atque ἀναιδέως pro ἀναιδῶς. Tum sic haec legenda videntur:

δοκέω μὲν, εἰς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται.
ὡς κεῖνος ἀναιδέως τὴν σπατίλην ἐσθίει —

ita intelligenda, ut, quod ex Ionia ille vir dictum voluerit, id verna non totum eloquatur, aliud sibi agendum interim recordatus; tum ut κεῖνος scarabaeus sit. Nam Cleonem si dixisset, pronomen posuisset οὗτος, non ἐκεῖνος. Sic quidem et incommodum tolletur, inde ortum, quod de Cleone, qui jam mortuus esset, dici non potuit ἐσθίει· pro quo hac ipsa causa Brunckius legi voluit ἤσθιεν, Palmerius ἔσθιεν. Atque hoc vidit jam Hotibius. Tum Demagogum merda vesci solitum, quis unquam vel insolentissimus Comicus dixerit? quis id efferre ausum non aversatus fuerit spectans vel fricti ciceris aut nucis emtor? Immo haec dicere ex Ionia hospitem famulus censet: *ni fallor, in Cleonem has jactat ambages. Ut iste* (scarabaeus) *improbe merdam comedit* — — Additurus: sic et Cleon vivus ea faciebat, quae faciebat; maluit haec spectatoribus supplenda relinquere: quae verosimiliter petenda fuerunt ex altera significatione nominis σπατίλη, qua τὰ μικρὰ ξύσματα sunt τὰ ἐκβαλλόμενα ὑπὸ τῶν σκυτέων· unde et in scholiis ad hunc locum hujus significatus mentio facta.

Vs. 67. Dictio ἐνθαδί nimium quantum friget. Scriptum dedit, ni fallor, Comicus:

ἔφασκε γὰρ πρὸς αὐτὸν ἂν ταδί·

ἔφασκεν ἄν, *identidem dicere solebat.* Sic est vs. 213, ἔλεγον ἂν ταδί. Similiter et in Ran. 865 pro ἐνθάδε,

quae duobus nominibus corrupta lectio, proposita haec est, ἂν ταδί vel τάδε.

Vs. 70. Legitur ἀνεῤῥιχᾶτο. Sic quidem verbum simplex erit ῥιχᾶσθαι, quod nusquam est: cum ἀῤῥιχᾶσθαι Hesychius in suum lexicon receperit. Et Suidas ubi haec citat in ἀναῤῥιχᾶσθαι, scriptum habet ἀναῤῥιχᾶτ' ἄν· qui ubi aliunde citatum ἀνεῤῥιχῶντο explicat, hunc Comici versum legit, ut in libris est, ἀνεῤῥιχᾶτο. Sed ἀναῤῥιχᾶτ' ἄν alii a Porsono laudati Grammatici.

Vs. 114. Corruptum versum esse et librorum manifestum facit lectio, ἔτυμός γ' ἄρ, et violata dimetri dactylici carminis lex.

Vs. 118. Vide, an haec melius sic legantur:

ἔστι τι τῶνδε; ἐτύμως εἰπέ —

Absolute dictum, ἔστι τι τῶνδε; ut in vs. 798, οὐκ ἦν ἄρα, ἃ λέγουσι;

Vs. 157. Ποῖ saepe est *cur*, ita tamen, ut rogantis indicet vel querelam vel mirationem. Illud hic est et in Lys. 184, ποῖ βλέπεις; vs. 426, ποῖ δ' αὖ σὺ βλέπεις; vs. 526, ποῖ γὰρ καὶ χρῆν ἀναμεῖναι· Thesm. 230, ποῖ στρέφει; vs. 643, ποῖ τὸ πέος ὠθεῖς κάτω; hoc in Lys. 986, ποῖ μεταστρέφει; Pac. 665, τὴν κεφαλὴν ποῖ περιάγεις; Thesm. 483, ποῖ σὺ καταβαίνεις; Non opus est igitur, ut hic cum Reiskio post μυκτῆρας interrogationis signum ponas.

Vs. 169. Καὶ μύρον ἐπιχεῖς. Ego iis accessi, qui Comicum post dactylum anapaestum non posuisse censent, quamquam scio aliter judicasse magnum in hac arte magistrum Hermannum in suis elementis p. 377. Igitur hoc carmen sic lego:

καὶ μύρ' ἐπεγχεῖς;

Saepe librarios in verbo decomposito de duabus praepositionibus, ubi praesertim ultima alterius praepositionis litera consonans vel eadem, vel ejusdem generis esset, ac prima verbi, hanc plane omisisse, post alios observavi ad Vesp. 218.

Vs. 185. Sanari carmen et sic possit:

τί σοὔστι (σοί 'στι) τοὔνομ'; οὐκ ἐρεῖς;

Vs. 215. Εἰ δ' αὖ τι πράξαιντ' ἀγαθὸν 'Αττικωνικοί. Passim habetur locutio, ἀγαθόν τι πράττειν. At quis unquam bonus scriptor dixit, ἀγαθόν τι πράττεσθαι; Scripsit, credo, Comicus:

εἰ δ' αὖ τι πράξαιτ' ἀγαθὸν 'Αττικωνικοί·

sin vos Athenienses prospere rem gessissetis. In Vesp. 662 bene legitur:

κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθε.

Hac occasione liceat errorem tollere, quo Conc. vs. 108,

ὥστ' ἀγαθόν τι πρᾶξαι τὴν πόλιν·

sic intelligitur: *quo boni quippiam in rempublicam conferamus:* cum sensus verborum sit: *quo respublica aliqua prospera fortuna utatur.* Eandem fere, quod nunc demum video, conjecturam fecit Bekkerus.

Vs. 240 sq. In Ach. 928 cum eadem dixerit de Lamacho:

— ὁ ποῖος οὗτος Λάμαχος —;
— ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος —

Belli personam hic Lamachi os vultumque retulisse suspicor.

Vs. 256. Et hic et vs. 123 lusisse Comicus videtur in similitudine nominum κόνδυλος et κάνδυλος, unde et in illo loco duplex lectio est. Vs. 262 priora, ἔγωγε νὴ

Δία, hero Cydoemus respondet; cetera secum ipse abiens dicit. Vs. 303 in *κακῶν Φοινικικῶν* respexisse Aristophanes potest Laconum illas *φοινικίδας*.

Vs. 316. Bene legitur *καὶ νῦν*, *nunc etiam: nemo est, qui eam nunc quoque e manibus eripiat;* ut saepe Cleon ac Brasidas, quum jam manibus eam teneremus, eripuere. Eodem sensu vocula *ἔτι* est in vs. 951.

Vs. 346. Corrigi carmen sic posse credidi:

εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν με τήνδ' ἔθ' ἡμέραν ποτέ·

vel sic:

εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν ταύτην μ' ἔθ' ἡμέραν ποτέ.

Vs. 406. Uterque MS. *παρέκλεπτον* habet, ut carmini syllaba desit; quam veteres editores reddiderunt scripto contra linguam *παρεκλέπτετον*, quod ad Kusterum usque locum tenuit. Primus Brunckius dedit *παρεκλεπτέτην*: quod et insecuti editores servarunt. Ceterum nec sic in MSS. est, et mox verbum adest in plurali numero *παρέτρωγον*. Non dubito, quin et hinc, quae toties, per magistros aut librarios evanuerit vocula *ἄν*·

ταῦτ' ἄρα πάλαι τῶν ἡμερῶν παρέκλεπτον ἄν,
καὶ τοῦ κύκλου παρέτρωγον.

Vs. 418 sq. vide an Trygaei fuerint.

Vs. 431. *Διάγειν με τὸν βίον*. Et offendit Chorus sic sibi soli illa precatus, nec praesens verbi tempus probatur medium inter aoristos *ἄρξαι*, *λαβεῖν*, *παύσασθαι*. Quam saepe verbi *ἄγειν* illa tempora alterum pro altero a librariis scriptum fuerit, gnarus, veram lectionem esse credo:

μὰ Δί' ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ διαγαγεῖν τὸν βίον.

Sententiam firmat pronominis *με* in libro Rav. (credo, et in pluribus) absentia.

Vs. 436. Non *ταξιαρχεῖν σοι φθονεῖ* scripsisse Comicum credo, sed *ταξ. σε φθονεῖ.* Euripides Medea vs. 313,

καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν οὐ φθονῶ καλῶς ἔχειν.

Vs. 473 sqq. Ut bene adsit particula *γε* in vs. 475, verba, *ἕλκουσιν — — κυνίδια*, parenthesi includenda erunt:

οὐδ' οἱ Μεγαρῆς δρῶσ' οὐδέν, (ἕλκουσιν δ' ὅμως
γλισχρότατα σαρκάζοντες ὥσπερ κυνίδια)
ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ, νὴ Δί', ἐξολωλότες.

Vs. 489. Legendum videtur, ut carminis numeri constent:

ὑμεῖς μέν νυν οἱ κιττῶντες·

sive scribere sic malis:

ὑμεὶς μὲν νῦν οἱ κιττῶντες.

Particula *νυν* sic producta Lys. 285, (ubi Schol. *μύ νυν. παροξυτόνως ἀντὶ τοῦ μὴ δή*) Thesm. 239, Plut. 975, Conc. 517, Nub. 92, 634, alibi.

Vs. 499. *Πρὸς τὴν θάλασσαν.* Berglerus: »hoc vult dicere," inquit, »quod olim Demosthenes semper suadebat: *ὅτι ἀνθεκτέα τῆς θαλάσσης.*" Cujus sententiae et Brunckius fuit, haec docens: »ingeniosum est hujus loci »acumen, quo submonet Athenienses, ut maritimarum »opum studio se applicent, quod itentidem iis suadere »solebat Themistocles." Quibus de verborum sententia adsentirem, si bellum parare Athenienses juberentur; nunc monendi fuerunt, si pacem fieri vellent, ut nimiam navalium opum confidentiam, quae ferociam ingigneret, minuerent. In Lysistrata quidem pacem Lacedaemonios inter et Athenienses conventuram, Lacaena negat:

ἃς πόδας κ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες·

sive sic legas cum praeclaro viro Valckenario, seu, ut fere in libris est:

ἁς σποδᾶς γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες.

Si corrupta verba sunt, exspectanda e libris MSS. medicina; sin integer locus, eo sensu intelligendum censeo, quo modo dixi, quoque etiam vetus magister accepit, ubi παραφράζει· ἐκ τῆς θαλάττης μικρὸν ὑποχωρήσατε — ὀλίγον τῆς κατὰ θάλατταν βίας ἔνδοτε. πρὸς τὴν θάλατταν. τουτέστι πρὸς τὸ ναυμαχεῖν. Nam haec verba male in libris adnexa sunt illis: ἐκ τ. θαλ. μι. ὑποχ.

Vs. 558. Carmen et sic corrigas:

νὴ Δί' ἡ σφύρα τε λα.

ἥ τε σφύρα — αἵ τε θρίνακες.

Vs. 588. Pronomen αὐτῆς intelligendum erit αὑτῆς (ἀπολλυμένης).

Vs. 717. Corruptissimum carmen sic legi posset:

ἣν εἶχον ὁδὸν, λόγον εἴπωμεν, χὤσα γε νοῦς αὐτὸς ἄρ' εἶχεν.

Saepe de Choro numeri enallagen admitti, ad Lysistratae vidimus vs. 373; ubi citatis locis adde Conc. 508 sq. (quod non bene mutatum) Ran. 213, 216 sqq. Nec εἶχον pro ἔχω dictum improbabit, qui meminerit hujus ipsius fabulae vs. 142, 514, Lys. 1184, quae loca jam citata ad Nub. 1253. Sic fere ἐδεόμην dictum pro δέομαι Vesp. 850.

Vs. 798 sq. Verba κατὰ τὸν ἀέρα sequentibus adjungam:

οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι, κατὰ τὸν ἀέρα
ὡς ἀστέρες γιγνόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ·

falsa igitur sunt, quae narrant, nos in aëre post mortem stellas fieri.

Vs. 805. Pro *τινές* legam, si codex habeat, *τινός*.

Vs. 816. Legitur:

οὐκ· ἀλλὰ κἀκεῖ —

contra Scholiastae sententiam, qui optime haec disseruit: *οὐχ ὡς ἐν ἀποφάσει, ἀλλ' ὡσεὶ εἶπεν· ἀλλ' οὐχὶ κἀκεῖ τινὲς εἰσὶν ἀπὸ τούτων ζῶντες; ἐπεὶ πῶς ἀπαρνησάμενος συντίθεται πάλιν;* nisi quod rogative pronuntiari voluit. In talibus igitur legendum uno tenore, *οὐκ ἀλλά·* ut Vesp. 634, Equ. 176, Ach. 1079, Conc. 331. Vid. Hotib. ad vs. 1011.

Vs. 875. Scholiastes ubi docet, nec *συμπολίτην* dici, nec *συνδημότην*, cum tamen Euripides alicubi dixerit, *ὦ συμπολῖται·* legisse hic videtur *πολίτης*.

Vs. 882. Veram lectionem habeo:

τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐ. οἱ. ν. λεπαστήν;

ad quam facile intelligas posse adscriptam fuisse glossam *Φήσεις·* quae inde in textum venerit, ac carmen effecerit septem iamborum:

Φήσεις τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκ. οἱ. ν. λεπαστήν;

cum, si antiqua lectio fuit:

Φήσεις, ἐπειδὰν ἐκπ. οἱ. ν. λεπαστήν·

non verosimile sit fuisse, qui adscriberet *τί δῆτα*. Possunt tamen jam olim duae lectiones fuisse:

τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπ. οἱ. ν. λεπαστήν;

et:

Φήσεις, ἐπειδὰν ἐκπ. οἱ. ν. λεπαστήν·

quarum utraque, quod saepe factum, a librariis in textu scripta fuerit.

Vs. 931. Οὐχ αἱ γυναῖκες ἔλαβον; Possit et sic legi:

οὐ χαὶ γυναῖκες.

Vs. 1106. Legebatur:

οὐ γάρ ἐστιν ἥδιον, ἢ τυ. μ. ἤδη 'σπ.

Quod metri vitium sic correctum:

οὐ γάρ ἐσθ' ἥδιον, ἢ τυ. μ. ἤδη 'σπ.

Potest et hic Aristophanes scripsisse, quod fere solet in talibus sententiis:

οὐ γὰρ ἦν ἥδιον, ἢ τυ. μ. ἤδη 'σπ.

Paedagogi librum tertium sic orditur Clemens Alexandrinus: ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, πάντων μέγιστον μαθημάτων τὸ γνῶναι αὐτόν.

Vs. 1115 sqq. Haec jam non e vicini persona dicta sunt, sed ex ejus, qui vicinum cupit audire illa loquentem. Si vicinus ista jubeat, quae sunt vs. 1108—1114, sese et ipsum jussurum ait, sua domo ea adferri, quae dicit vs. 1115—1119. Nam ἔρανος hic esse censetur.

Vs. 1149. Pro προστάς legam προσστάς.

Vs. 1167. Illatum carmini damnum et sic resarcias:

νυνὶ δὲ πεντήκοντά γε δραχμῶν ἐμπολῶ·

quod et lingua probet, quae sic post conjunctionem δέ particulam adsciscere amat. Quod Latine *at*, id Graece est δὲ—γε· ubi dicitur nunc contrarium ejus esse, quod antea fuit.

Vs. 1169 sq. Respondent inter sese copulae τε, quae est in vs. 1169, et altera καί in vs. 1170: ἀλλ', ὦ Τρυγαῖε, τῶν δρεπάνων τε λάμβανε, καὶ ταῦτα δέχου· cum prior καί in vs. 1170 simpliciter posita sit: *verum, o Trygaee*, et

de his falcibus sume, deque (*cadis*) *illis, quantum voles, gratis;* et *haec dona accipe.* Adferunt Trygaeo dona *et* de suis fabrilibus, falces cadosque, *et* de lucro, quod jam vendendis rebus fecere, pecuniam.

Vs. 1187. Potest et ἐς κόρακας absolute dictum esse:

ἀπόφερ', ἀπόφερ' — ἐς κόρακας — ἀπὸ τῆς οἰκίας·

ut Ach. 829, Vesp. 458, alibi.

Vs. 1206. Legendum videtur e MS.

τί δ' ἐγὼ 'ρα τῇ —

Vs. 1232. Οἱ ἐπίκλητοι quinam intelligendi sint, non ita patet. Vertunt *invitatorum.* At *invitare* Graece καλεῖν est, non ἐπικαλεῖν· nec ubi Pacis reditus laeto convivio celebratur, Lamachum invitari par fuit. An παῖδες τῶν ἐπικλήτων pueri sunt ex eorum numero, qui, cum vero nomine histriones esse non possent, ad actionem fabulae ἐπεκαλοῦντο. In Suidae quidem lexico est, ἐπίκλητος, ὁ ἐπί τινι καλούμενος ὑποθέσει. ἐπίκλητος, ἔξωθεν ἐρχόμενος. Qui tamen quae scriptorum loca adfert, ea ad comoediam referri non possunt. Atque sic et participium οὐρησόμενα accipi possit, ut pueri dicantur, in histrionia quum nondum γόνιμοι essent, prodiisse veluti catelli οὐρησόμενοι, ut in tragoedia ista sunt κυνίδια, ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ in Ran. 95.

Vs. 1257. Bene in MS. est:

εἰ σὺ μὴ ἦσθα.

Olim corruptum carmen, cum legeretur, εἰ σὺ μὴ ἦς, Dawesius correctum voluit, εἰ σὺ μὴ εἴης· quem ego credo, si MS. lectionem cognitam habuisset, posthabita sua medicina, probaturum fuisse.

Vs. 1267. Legitur nunc:

ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα. — κατῄσχυνας δὲ τοκῆας.

Quam quidem lectionem de vitio nemo suspectam haberet, nisi pro conjunctione δέ in MS. B. (nam in MS. A. vs. 1267–1320 desunt) ut in impressis legeretur copula τε, scripta supra hanc in MS. particula γε. Non male legeretur:

ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα. — καταισχύνας γε τοκῆας·

at vitam servavi. — ut parentibus quidem probro fueris; id est: servasti, fateor, sed ita, ut parentes dedecoraveris. Vid. dicta ad Equ. 1196.

Vs. 1271—1275. Pueros haec a Trygaeo jussos et e duali conficias verbi numero, ἐμβάλλετον, et ex albis illis dentibus (vs. 1275). Quos etiam illa respondisse arbitror, quae nunc Choro data in libris (vs. 1276). Nam Chori persona indignum fuerit ista comedere; qui et mox subjectis humeris Trygaeum portantes abeunt.

Vs. 1277–1280. Pauperiores de spectatoribus haec moneri videntur.

ADDENDA.

Ad Lys. vs. 18. Uxor cum unum infantulum habere soleat, quem sic nutriat curetque, hic locus paucis illis adnumerandus, ubi omissus articulus; nisi forte MS. liber est, in quo legitur, *ἡ δὲ τὸ παιδίον.* Sic est mox *δέλτα* dictum pro *τὸ δέλτα* vs. 151, *ὀφρῦς* pro *τὰς ὀφρῦς* Plut. 756, *οἶνον* Equ. 90, *ἀγορά* Equ. 1242, *πρωκτός* Ran. 424, *μουσική* Ran. 796.

Ad vs. 42. Qui versum bis citavit, Clemens Alex. II. Paed. p. 201 C. et l. III. p. 218 A. illo loco scripsit *ἐργάσαιντο*, hoc *ἐργασαίμεθα.* Est tamen ionica illa forma in Nub. 1181, Av. 1147, Equ. 660.

Ad vs. 95. Vide et Av. 661.

Ad vs. 509. Vera Bentleji ac Florentis lectio: *κᾆτ' οὐκ ἠρέσκετ' ἂν ἡμᾶς.* Et saepe sic excidit *ἄν*, nec ulla vi adest particula *γε.*

Ad vs. 562. De constructione vide Conc. 274, de ipsa re Conc. 820.

Ad vs. 582. In libris fere est, *τάς τε πόλεις·* quae Brunckius sic dedit, *τάς γε πόλεις·* ut saepe formulam

νὴ Δία interposito vocabulo particula comitatur. Et hoc ipsum esse ajunt in duobus libris MSS. non ita magnae auctoritatis. Scripsisse Comicus potest:

καὶ νὴ Δία τάσδε πόλεις —

Ad vs. 597. Adde Plut. 891,

ὡς δὴ 'π' ἀληθείᾳ —

Ran. 925,

ἢ 'π' ἀσπίδων ἐπόντας.

Ad vs. 604. Corrigi numeri et sic poterunt:

καὶ ταυτηνὶ λαβὲ τὴν στεφάνην·

ut στεφάνη est Equ. 963 (ubi Scholiastes στεφάνην reddit στέφανον), Conc. 1034.

Ad vs. 839. Est ὑμέτερον ἔργον Pac. 418, ὑμῶν τὸ λοιπὸν ἔργον ἤδη Pac. 1271.

Ad vs. 927. Possent haec etiam interrogative legi: ἀλλ' ἢ — — ξενίζεται;

Ad vs. 1016. Sic in Pluti vs. 547 e necessaria metri emendatione αἴτιον scriptum pro αἰτίαν.

Ad vs. 1216. Ad Pluti quidem vs. 1098 glossa est in Cod. Dorv. adscripta: τὸ θύριον. ἡ θύρα ἀττικῶς. Et Suidas: θύριον, ἡ θύρα. De ludo in verbo χαρίζεσθαι vide Plut. 74.

Ad vs. 1218. Adde Pac. 732, φόρτον καὶ βωμολοχεύματα ἀγεννῆ, Plut. 796, τὸν φόρτον ἐκφύγοιμεν ἄν, et dicta ad Nub. 516. Scholiastes ad Ranas vs. 1436, ταῦτα δὲ ἠθετημένα μετρίως ἄν τις νομίσειεν ἐνδιεσκευάσθαι· καὶ γάρ ἐστι φορτικά· τὰ δὲ ἑξῆς κείμενα πρέποντα καὶ τῷ ποιητῇ καὶ τῇ ὑποθέσει.

Ad vs. 1228—1238. Vide an haec idem dixerit Atheniensis, qui vs. 1225—1227.

Ad Thesm. vs. 556. Melius, credo, e corrupta librorum lectione, ἔπειτά γ', leges, ἐπεὶ τάδ'.

Ad vs. 567. Carmen et sic corrigas:

οὔ τοι μὰ Δία σύ γ' ἅψει.

Ad vs. 610. Verba, τί τὸ κακόν; Mnesilochi fuisse (quod et Brunckius censuit) credes collato Av. 1213, Pac. 322.

Ad vs. 616. Suidas haec sic citat in voce: στραγγουριῶ· χθὲς γὰρ ἔφ. κ. Et hanc adverbii formam usitasse Attici creduntur. Unde sic Comicum haec dedisse censeas:

στραγγουριῶ γάρ· χθὲς γὰρ ἔφ. κ.

Nec erit, qui multum has fabulas legerit, quem sic offendat in uno versu bis posita conjunctio. Vide modo vs. 549.

Ad vs. 621. Bene haec sic suis personis dari jam voluit J. Seager:

Cl. τὸν δεῖνα; ποῖον; Mn. ἔσθ' ὁ δεῖν', ὅς καί ποτε
τὸν δεῖνα, τὸν τοῦ δεῖνα. Cl. ληρ. μ. δ.

Quin et illa legas una rogatione:

Cl. τὸν δεῖνα ποῖον;

Ad vs. 625. Vid. et Av. 1260.

Ad vs. 644. Legam:

τοδί γ' ἔκυψε.

Ad vs. 804. Carmini suos numeros et sic restitueris:

Ναυσιμάχης μέν γ' ἦτ.

Ad vs. 851. Bene ex optimo MS. Brunckius dedit in Vesp. 770, πάντως γε κἀκεῖ ταῦτ' ἔδρας.

Ad vs. 867. Non removenda fuit tragica nominis forma Μενέλαος.

Ad vs. 889. Carminis vitium et sic tollas:

τί δ' αὖ σὺ θάσσεις —

Ad vs. 898. Vid. Elmslej. ad Ach. 47.

Ad vs. 929. Bene haec sic dedit jam Cl. Kusterus.

Ad vs. 1129. Ἀλλὰ — γάρ sic est etiam Av. 1168, Vesp. 318, alibi apud Elmslej. ad Ach. 194.

Ad vs. 1135. Legam haec interrogative:

ἔτι γὰρ τὸ τὴ μ. ἐπ. λαβεῖν;

Ad vs. 1167. In minitantis ore particula est Vesp. 147,

ἀτὰρ οὐκ ἐσεῤῥήσεις γε; ποῦ 'σθ' ἡ τηλία;

In Euripidis Androm. vs. 578,

ψαῦσόν γ', ἵν' εἰδῇς·

particula adest, quae in eadem re non est in Lys. 365,

ἅψαι μόνον Στρατυλλίδος·

cujus tamen vide vs. 657.

Ad Ranarum vs. 41. Optime in aliquot libris legitur:

μὰ Δία, μὴ μαίνοιό γε·

uti negativa vocula μά non tam ad praecedentia ac ver-

borum sensum, quam ad sequens μή vel οὐ refertur, ut Lys. 594, Thesm. 898, ac saepe.

Ad vs. 54. Legendum sic videtur:

ἐπάταξε, πῶς οἴει; σφόδρα.

Locutionem, πῶς οἴει; πῶς δοκεῖς; absolute sic interposuere veteres.

Ad vs. 136. Est sic ἀλλὰ—ἀλλά Conc. 250, Nub. 140 sq. Av. 281, 1224, Ach. 382.

Ad vs. 489. Nomen ἀνήρ ortum videtur e vocula male scripta ἄν. Legam:

ταῦτ' (γ' αὔτ') ἐργάσαιτ' ἄν.

Ad vs. 514. Pro particula γε, quae post γάρ minus probetur, erit fortasse, qui legi velit copulam τε· αὐλητρίς τε—καὶ ὀρχηστρίδες.

Ad vs. 517. Vide et Plut. 664 sq. ubi particulae vim glossa bene exponit per ναί. Sed et in Pluti vs. 901,

— σὺ φιλόπολις καὶ χρηστός; — ὡς οὐδείς γ' ἀνήρ·

particulam solae bene servarunt Brunckii membranae.

Ad vs. 557. Legendum haud dubie, quod jam Elmslejus censuit:

ἂν γνῶναί σ' ἔτι.

Nam nec ἀναγνῶναι ad loci sensum aptum verbum, et voculam ἄν adesse lingua postulat. Scholiastes quidem legit γνῶναι· οὐ προσεδόκας με γνῶναί σε.

Ad vs. 562. Sic et in Equ. 147 legas, ἐς ἀγοράν· in Lys. 743, ἐς ὅσιον — χωρίον.

Ad vs. 747. Observandum, Scholiasten ad Ach. 86, ubi Homeri eadem illa citavit, sic dedisse: *τίς ἂν τάδε γηθήσειεν ἰδών;*

Ad vs. 989. Memorabilis certe meliorum MSS. lectio *κάθηνται·* ut adverbium *τέως* eadem constructione sit, qua esse solet *πάρος*.

Ad vs. 990. Possint haec et interrogative legi.

Ad vs. 1395. Sic est, *πῶς; — πῶς;* Vesp. 166.

Ad vs. 1513. E MS. C. carmen sic corrigas:

κἀμοὶ σώζειν.

Ad Pluti vs. 5. Confer verbum medium *κατασχίζεσθαι* in Ran. 404.

Ad vs. 17. Vera lectio est in Av. 46 sq. *νῷν* (qui dativus casus) — *δεομένων*.

Ad vs. 138. Hiatum e carmine tolles lecto, *οὐδ' ἂν ἕν*.

Ad vs. 202. Vid. et Av. 954, Nub. 642.

Ad vs. 432. Vid. Av. 1201.

Ad vs. 585. Legendum, ni fallor, *ἀνεκήρυττ' ἄν*. Solet sic, ubi inter particulam, in prima periodo positam, et verbum, ad quod ea pertinet, plura interposita sunt, particula fere iterari.

Ad vs. 631. Videtur verborum sensus esse: *quid est, o optime, de* (nobis) *tuis amicis? quid agimus tui amici?* male, an bene rem gessimus?

Ad vs. 689. Observandum, Scholiasten verbum, quo reddidit, quod nunc legitur, ὑφήρει, in praesenti tempore posuisse ἐκτείνει.

Ad vs. 876. Sic plane est, κλαύσει ἄρα σύ, Pac. 524.

Ad vs. 882. Pro ἐχθές in duobus libris cum sit χθές, possis, si adverbii hanc formam a poëta esse arbitreris, scripsisse credere:

ὡς χθές γ' ἔχ.

Comici Anagyri fragmentum apud Scholiasten ad Av. 1292 sic videtur legendum:

καὶ μὴν χθές γ' ἦν Πέρδιξ χωλός.

ut versus sit anapaesticus dimeter.

Ad vs. 934. Sic est Vesp. 198,

ἔνδον κέκραχθι τῆς θύρας κεκλεισμένης.

Ad vs. 1055. Idem est in Conc. 855.

Ad Conc. vs. 239. Copula sic fere est in Vesp. 92, Euripidis Med. 86.

Ad vs. 280. Αὐτῶν. Eas mulieres dicit, quas mox dicit sese credere ad forum venturas. Pronomen igitur αὐτός, quod perraro fit, non ad nomen, quod praecessit, sed ad sequens referendum est.

Ad vs. 522. Adde Nub. 180.

Ad vs. 587. Ἄλλος sic est in Homeri Odyss. 10. 250. Quod et Platonis habet elegantissimus sermo, Symp. p. 183, 10, ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας· l. X. de Rep. p. 471, 32, κατὰ κάλλη καὶ τὴν ἄλλην ἰσχύν.

Ad vs. 621. Vera videtur codicis MS. lectio:

Pr. *οὐχὶ μαχοῦνται περί σου. θα. μ. δ. οὐ. μαχ.*
Bl. *περὶ τοῦ;* Pr. *τοῦ μὴ ξυγκ.*

Ad vs. 672. Legenda haec interrogative:

οὐδὲ κυβεύσουσιν ἄρ' ἄνθρωποι;

Ad vs. 685. Vera videtur MS. lectio, neque excidit versus:

τοὺς δ' ἐκ τοῦ Θῆτα παρ' αὐτήν.

Ad vs. 756. Equidem lectionem teneam *οὗτος*, *hic* gallus gallinaceus.

Ad vs. 768. Solet sic per *μάλιστα πάντων*, *ἥκιστα πάντων*, ab altero alteri responderi, ut Plut. 440,

— *οὐ παραμένεις;* — *ἥκιστα πάντων.* —

Dio Chrysost. Or. X. p. 143 C. *τί δὲ καὶ βουλόμενος, εἶπε, ζητεῖς τὸν παῖδα;* (*servum*) *ἢ οὐκ ἦν πονηρός; πάντων γε, ἔφη, μάλιστα.*

Ad vs. 795. Nonne legendum:

μὴ γὰρ οὐ λάβοις ὅπου.

Ad vs. 877. In Kusteri libro est, *οὐχ ἥξουσιν;* cum in Brunckii ac Bekkeri sit, *οὐχ ἥκουσιν;* nulla mutatae lectionis reddita ratione. Illa si vera lectio, verba sic ponam:

τί ποθ' ἄνδρες; οὐχ ἥξουσιν;

Ad Nubium vs. 63. Vera librorum lectio:

περὶ τοὐνόματος δὴ ταῦτ' ἐλοιδορούμεθα.

Ad vs. 103. Confer de mutata interpunctione Av. 1456, Ach. 405.

Ad vs. 228. Εἴπερ etsi nusquam sic legi credo, sincerum tamen esse videtur. Conferri potest elliptice sic dictum ὅστις Ran. 39.

Ad vs. 278. Hinc in Conc. 952 veram habere possis codicis MS. lectionem, φίλον ἐμοί· *quod mihi jucundum sit.*

Ad vs. 297. Scholiastes legisse videtur ἀοιδῆς.

Ad vs. 330. Vel legendum ᾖσθ' (ᾖσθα).

Ad vs. 530. Adde Thesm. 383, 496.

Ad vs. 666. Confer Equ. 812 cum vs. 816.

Ad vs. 669. Verba, ὀρθῶς γὰρ λέγεις· senis, an Socratis fuerint, dubito.

Ad vs. 981. Ionicam verbi formam, κακοεργεῖν, Attica lingua abnegat; non minus quam nominis formam κυνέη in vs. 269. Carmen sic possis supplere:

καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας τὶ κακουργεῖν·

ut pronomen saepe excidit, veluti vs. 625.

Ad vs. 1190. Terent. Andr. I, 1, 69 sqq. *uno ore omnes omnia bona dicere, et laudare fortunas meas, qui gnatum haberem tali ingenio praeditum* (οἷον τὸν υἱὸν εἶχον).

Ad vs. 1400. Vide Equ. 808 sq.

Ad Avium vs. 57. Οὗτος pronomen sic post verbum ponitur, ubi imperatur, ut Ran. 523, Av. 1243.

Ad vs. 159. Suaviores erunt numeri lecto νεμόμεθα.

Ad vs. 273. Legam, si liber MS. habeat:

εἰκότως, καὶ τοὔνομ' αὐτῷ γ' ἐστὶ φοι.

Ad vs. 417. Legi et posset:

ὁρᾷ τί κέρδος;

Ad vs. 515. Carminis vitium sic correxi:

αἰετὸν ἕστηκ' ὄρνιν ἂν ἔχων.

Sin ὄρνιν ultimam syllabam communem habuisse credas, ut correpta haec est in libris vs. 168, 336, forsitan sic legas:

αἰετὸν ἕστηκεν ἂν ὄρνιν ἔχων.

Ad vs. 535. Adde Vesp. 1221, Ran. 516.

Ad vs. 957. Sic passive dictum est εἰργάσθαι Ran. 1021, ἐργάζεται Conc. 148.

Ad vs. 1021. Sic οἱ Θρᾷκες Ach. 155.

Ad vs. 1327. Quod Pisthetaerus dicens, simul Manen verberat. Solent qui sic ὡδί dicunt vel gestu habituve referre, quod sic fieri ajunt, vel ipsa re effectum dare, ut Ran. 1027, Vesp. 688, 1168, Pac. 36, 57, 1196, Equ. 21, Lys. 567.

Ad vs. 1467. Adde Ran. 919, Av. 1175.

Ad vs. 1635. Potest et indignatus ad Herculem oratione conversa dixisse:

οὐ διαλλαγῶν ἐρᾷ·

ut fere est in Pac. 1230.

Ad vs. 1669. Vid. et Pac. 1150.

Ad Vesparum vs. 432. Carmen sic quoque sanari poterit:

ὁ δ' αὖ τοὺς δακτύλους.

Et in nomine δάκτυλος idem inest κακέμφατον, quod in Nub. 643.

Ad vs. 525. Scholiastes legisse videtur ἄκρατον.

Ad vs. 565. Carmen sic suppleri posse credidi:

κακὰ πρὸς τοῖς οὖσιν, ἕως ἂν τοῖσδ' ἔτ' ἰσώσῃ τοῖσιν ἐμοῖσιν.

Ad vs. 684. Sic est κηρύξει Conc. 684.

Ad vs. 699. Idem fere est in verbo βακίζειν Pac. 1037.

Ad vs. 815. Ad τίς; τί; *quis? quid?* responderi fere sine particula γε, ad indefinitum pronomen, ut particula adsit, ad Andromachae docui vs. 887, 893. Tenenda hinc in Nub. 384 plurium librorum ac Scholiastae lectio:

ἀπὸ σαυτοῦ 'γώ σε διδάξω.

(vide et dicta ad Conc. 455, Nub. 661); cum in Ranarum vs. 1062 sequendum fuerit Brunckii ingenium edendo:

τοῦτ' οὖν ἔβλαψά τι δράσας;

Ad vs. 1091. Adde Plut. 546, Nub. 1311.

Ad vs. 1340. Legi et posset:

οὐκ ἄπιτε — ποῦ 'στιν Ἡλιαστής; — ἐκποδών;

Sed et potest Comicus adverbium ἐκποδών absolute posuisse, ut in Vesp. 949. Sic legendum foret:

οὐκ ἄπιτε; ποῦ 'στιν 'Ηλιαστής; ἐκποδών.

non abibitis? — — amolimini vos! (ἐκποδών).

Ad vs. 1355. Magis etiam ridicule dixisset:

γέρων γάρ εἰμι.

Ad Equitum vs. 34. Sic est in Pac. 1196,

ὡδί, παραθέντι τρεῖς λίθους. οὐ δεξιῶς;

Adde quod qui immerito Diis odio est, is hoc potius argumentum habeat, Deos non esse, quam esse.

Ad vs. 313. Cleonis clamoribus Athenienses qui obsurduerint, intelligas; demagogus cives qui obsurdarit, τοὺς φόρους θυννοσκοπῶν, non item. Scripsitne Comicus, θυννοσκοπεῖς.

Ad vs. 327. Πρῶτος ὤν. Scriptum dedisse Comicus potest πρῶτος ἄν.

Ad vs. 366. Carmen etiam corrigetur lecto, κἀμέ τἄρ' ἦνπ.

Ad vs. 463. Οὔκουν — γε est et Plut. 309, Conc. 95, 343. Tum de lectione πράττει vide Plut. 275 sq. Ach. 468 sq.

Ad vs. 732. Et tamen legeram, καλοί τε κἀγαθοί, in Ran. 727, σώφρονας

ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους καὶ καλούς τε κἀγαθούς.

Verum neque illic locutionem veram agnoscunt veteres libri, quorum sunt, qui cum carminis damno καί ante καλούς, unus, qui τε ante κἀγαθούς omisit (καλοὺς

κἀγαθούς). De Equitum versu si vere conjeci, nihil est, quin et in Ranis idem legatur, *καὶ καλούς γε κἀγαθούς*. Saepe sic habentur voculae *καὶ—γε· et quidem*, *ǖque*.

Ad vs. 864. Vid. et Thesm. 928.

Ad vs. 934. Hic certe legendum *ἀνήρ*. Is enim Milesius dicitur, quem sui cives miserint, Cleonem talento corrupturum, ut sibi patrocinaretur.

Ad vs. 1340. Et pronomen *τις* supervacaneum est, et melius aderit articulus:

τούτοις ὁπότε χρήσαιτο τοῖς προοιμίοις.

Ad vs. 1354. Legam: *νῦν αὖ φράσον.*

Ad Acharn. vs. 216. *Οὕτως* sic fere est in Nub. 1124, *οὕτως ἀπολήψεσθαι.*

Ad vs. 814. Est sic *ἂν* cum participio Pac. 623.

Ad Pacis vs. 218. Praeter hunc versum unus est in Comici fabulis, ubi per duo numina simul juratur, Thesm. 86,

νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ Δία, δίκαι᾽ ἂν πάθοις:

ut quidem versum habet Brunckii codex; quam tamen lectionem non credo probaturos, qui Aristophanis sermonem penitus cognitum habuerint. Equidem istam codicis lectionem a correctore ortam habeo, qui mancum in libris carmen:

νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ δίκαι᾽ ἂν πάθοις·

sic ad justos numeros redegerit; ac veram ibi lectionem esse, quae Kusteri ingenio debetur:

νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ δίκαιά γ' ἂν πάθοις.

Hoc Pacis carmen sic legendum videtur:

ἐξαπατώμεθα,
νὴ τὴν 'Αθηνᾶν. μὰ Δία, μὴ οὐχὶ πειστέον.

Ad. vs. 717. Sic saepe est ἦν pro ἔστι, atque adeo μετῆν pro μέτεστι Lys. 588, ἥγομεν Thesm. 835.

Ad vs. 1125. Lege ἀχέτας.